







CATONIS PHILOSOPHI LIBER

POST IOS. SCALIGERVM VVLGO DICTVS

DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBVS AD FILIVM.

AD FIDEM VETVSTISSIMORVM LIBRORVM MANVSCRIPTORVM ATQVE INPRESSORVM

RECENSVIT

FERDINANDVS HAVTHAL.



BEROLINI
SVMPTIBVS CALVARII SOCIORVM
MDCCCLXIX.

PRAEFATIO.

Haud paucae quidem editiones Distichorum moralium, quae sub nomine *Dionysii Catonis* circumferuntur, inde a saeculo XV. usque ad exitum fere decimi octavi in lucem prodierunt, nulla tamen, in qua *Codicum MSS.*[1]) adhibitorum

[1]) Jos. Scaliger principio notarum dicit: „in libro *vetustissimo* Simeonis Bosii, iuridici Lemovicensis, titulus ita conceptus erat: DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBVS AD FILIVM. Solus ille codex bonae notae repertus est memoria nostra. Reliqui, uti sequiorum saeculorum, ita mendosiores" etc. In meis codicibus quos Scaliger ignoravit, hic titulus non legitur, neque *Dionysius* praenomen Catonis auctoris in ullo codice exstat., neque titulum *Disticha de moribus ad filium* offendi. Utrum Scaligerus ipse Codicem Bosii inspexerit, non dixit; potuit ergo titulus ille a Bosio traditus esse sive ab alio quopiam. Utut est, manca mihi haec viditur esse auctoritas. Non magis tuta est fides codicum, quos *Otto Arntzenius* (in ed. altera auctiore et emendatiore, Amstelaedami 1754) adhibuit. Hos autem pag. XXIX adfert:

Coll. Voss. notat	collationem Vossii (est fortasse ea quam in ed. Lugd. Batav. 1626 in Bibl. Bodl. Oxoniae inveni)
Vet. Chart.	*Veterem* Cod. MS. *chartaceum*
Membr. Voss.	Cod. membranaceum Vossii
Vet. Reg.	Cod. MS. veterrimum Reginae
Leid. pr. sec. et tert.	Cod. MSS. Bibliothecae Lugduno-Batavae 1. 2. 3.
Coll. Hagenb. sive Turic.	collationem Cl. Hagenbuchii e Cod. Turicensi.

Quattuor priores Codices sunt Collationes, quas frater Arntzenii e margine libri Havercampi descripsit, cuius memoria amplius non succurrebat, ita ut non constaret, unde has collationes haberet. Vide quae adtuli infra ad Cod. 11 (K). Quid de *Leidensibus libris* dicam? A P. Burmanno et Davide Franszio „ad nos pervenerunt collatioues duae, Leidensis nimirum *prioris*, ut nuncupare soleo, et *secundi Codicis*, quorum hic reperitur in Catalogo Bibliothecae Batavae p. 380 in quarto, ille vero eodem in Catalogo p. 89, *Leidensem* denique *tertium* mihi ex publica Librorum Supellectile

aut descriptio data fuisset aut aetas eorum constituta atque auctoritas. Hinc, praesertim cum elegans hoc opusculum hactenus plane neglectum, ne dicam contemptum iacuisset, hanc ego novam editionem parandi consilium Parisiis cepi, ubi haud exiguus vetustissimorum codicum numerus adservatur. Sunt autem hi:

R saec. IX. 1. Parisinus 2659 in 4. min. inde a folio 132 usque ad 140 Catonem conplectens. Longobardico charactere exaratus est et paucis glossis instructus a prima manu, quae varias lectiones subinde supraposuit vel etiam correxit. Inscriptiones et literae initiales sunt rubrae. Ad calcem legitur: EXPLICIT LIBER QVARTVS CATONIS PHILOSOPHI. Pertinet ad saeculum nonum. Jam exhibet 1) versus illos undecim ante librum secundum: Telluris si forte velis cognoscere cultus-disce legendo; 2) illos sex ante librum tertium: Hic quicumque voles carmen cognoscere, lector — Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago, et 3) quattuor illos ante librum quartum: Securam quicumque cupis deducere vitam — magistro: Scripturae: damna, damnes, damno, damnosa, sumptus, contempnere, contempnens, contentus et conte(N)mptus (1 m. corr.), ledere, prestare, merere, letus, quesitis, haerere, coeli, umquam, numquam, quantumcumque, quicumque, impedit, compescere, imminet, sequuntur, abundes, quicquid, litus, coerce, carus.

E saec. X initio. 2. Parisinus 8320, foliis octonis constans, ad quorum margines a manu recentiore saeculi XV. aut XVI. hinc inde notae adspersae conspiciuntur. Spectat autem ad saeculi X. initium. Inscriptio rubra prostat maxime memorabilis: INCI-

---

suppeditavit P. Burmannus. Huius Codicis ipse duorum Librorum Collationem instituerum, cum tempus aliis me tum implicitum negotiis avocaret, quocirca reliquum, quod supererat, conferendi onus alteri commissum ac creditum, cui, quod fideliter perfecerit, etiamsi *mihi ignoto*, hoc nomine magnas ago habeoque gratias. Sic habes, Lector, quibus copiis et auxiliis horum Virorum non dissimulandis beneficiis instructus, ad Catonem nostrum accessi.“ (pagg. XIII—XXIV). Haec est curta Arntzenii supellex, haec Codicum descriptio vel potius commemoratio. Alios editores, qui Codicibus omnino caruerunt, hic mitto, ut Daumium, Cygneae, 1656, 8, Swedbergium Vpsal. 1681, 8, Bernholdium, Uffenhemii, 1784, 8. etc.

PIT PROLOGVS LIBRORUM CATONIS CORDVB. Ex hac inscriptione, quam nusquam alibi offendi, duae res colligi possunt: 1) Catonem non operis sed auctoris fuisse nomen, et 2) in Hispania oriundum esse auctorem. Ad hanc rem infra revertendum est propter magnam iudiciorum de titulo libri diversitatem. Rubrae singulorum distichorum, non versuum literae initiales cum atris alternantur. Inscriptiones librorum secundi, tertii et quarti INCIPIT LIBER SECVNDVS-TERTIVS-QVARTVS non iterant nomen Catonis, neque ad calcem quidquam scriptum est, quod ad Catonem pertineat. Saepissime quidem cum Cod. R facit, aliter tamen multa verba scribit, ut: habundes, conplectere, conpescere, conponas, dampna, tempta, inminet etc. Versus illi secundo, tertio et quarto libris praemissi etiam in hoc codice ut in omnibus meis inveniuntur. Eiusdem fere aetatis est.

3 et 4. Parisinus 8093 in 4. min., cuius prior pars tendit a folio 84 usque ad fol. 93, conplectens priores libros usque ad IV, 39 (cede locum l. f. c. potenti). Legenda autem sunt folia hoc ordine: 84. 85. 86. 88—93. 87. Altera huius voluminis pars ab alia eiusdem saeculi manu binis partitioninibus scripta foliis 94 et 95 constat et incipit cum libri quarti disticho 32 (cum fortuna-discrimine peior). In priore parte prostat rubra inscriptio: INCIPIT PREFATIO IN LIBRO CATONIS. Nomen Catonis omittunt inscriptiones librorum II. III. et IV., quae rubrae sunt et sic se habent: INCIPIT LIBER SECVNDVS-TERTIVS-QVARTVS. Manus correctrix hinc inde conspicitur. Posterior pars infra lib. IV hanc ostendit primae manus inscriptionem: EXPLICIT LIBER CATONIS HABENS CCC versus. Hanc ad calcem positam inscriptionem praeeunt 38 versus, quorum priores adpono: Y saec. X initio.

Qui cupis esse bonus et vis dinoscere verbum (l. verum).
Vt mortis so*t*ium sic mordax effuge vinum.
Nulla febris homini maior quam ut eius ʿumor
Inmodice supt⁹ (sumptus) vincit letale uenenū.
Fortior igne ē uiroso *s&* (set) sontior angue
Quā tū vina nocent etc.

Post 22 versus priores scriptum est: „Versuum istorum finis." His adiuncti sunt alii 10 versus, quorum postremus hic est:

Castiga ventrem, tunc homo doctus eris.

Ad calcem post hos versus scriptum est illud lemma: EXPLICIT LIBER CATONIS HABENS CCC VERSVS.

Quae in altera huius folii ultimi partitione addita a 1. m. sunt, ad Martialem pertinere videntur.

In his duobus Catonis codicibus neque commentarii neque glossae inveniuntur. Scripturae: eNim. aNimi. iNuidiam. hutere pro utere. intellegas. habundas. tēta. dānatus. dāna. carus. conpescere. litus. umquam. Tribus his vel quattuor vetustissimis codicibus tres *Colbertini* accedunt, qui ad saec. X spectant. Duo priores eorum perquam memorabiles existimandi sunt, ut infra videbimus.

H saec. X. 5. Parisinus 8319 in 8, vet. num. 5083, inde a fol. 50 usque ad fol. 54. a. Catonem continens cum perpaucis glossis. Prologum omittens incipit cum libro primo, cui prostat rubra inscriptio: INCIPIT LIBER CATONIS PRIMVS. Et singulorum librorum inscriptiones rubrae sunt: INCIPIT LIBER SECVNDVS-TERTIVS-QVARTVS. Ad calcem prima manus subscripsit: EXPLICIT CATO HABET VERSVS CCCVI. Sequuntur illi 38 versus maximam partem heroici contra vinolentiam et intemperantiam, quorum primi sunt hi:

Qui cupis esse bonus et vis dinoscere verum
Ut mortis so*t*ium sic morda*x* effuge vinum.

Decem ultimi sunt versus elegici, qui sic exeunt:

Qui cupit ergo suam doctrinis crescere mentem.
Castiget ventrem. tunc homo doctus erit.

His versibus adnexum est „EPITAPHIVM VITALIS MIMI", quod unus tantum codex subsequens praeter hunc offert, alia tamen cum inscriptione. Nunc manus prima correxit singula verba, nunc manus secunda eiusdem saeculi decimi. Scripturae: coniunx. conpescere. imminet. damna. contempnere. conten////ptus cum rasura.tem^pta. proelia. l&ius, ceptis. praestare. quaesitis. adquirere. pacienter. abundat. coherce. caede et cede in eodem versu. precipue. precepta. carus. loquuntur. coNscius. litus. umquam. quicumque.

S saec. X. 6. Parisinus 2772. vet. num. 3898 in 4 min. Praeter Prosperi aliorumque poemata habet octo folia Catonis cum glossis a prima manu scriptis ad prologum, ad sententias

atque ad disticha. Rubrae literae non insunt. Inspriptio atra prostat: INCIPIT PRAEFATI (sic) IN LIBRO CATONIS. Prologus consentit cum eo qui in cod. y legitur, paucis locis exceptis. Vna sententia in hoc nostro Codice interposita est, vigesima sexta: *Libros lege.* Post prologum scriptum est: EXPLICIT. INCIPIT LIBER PRIMVS. Singulis libris similes datae sunt inscriptiones. Ad calcem leguntur haec: EXPLĪ. LIB̄. QVARTVS. EPITAFIVM FILII CATONIS.

Epitaphium, cuius inscriptio[2]) in cod. praecedente H differt, in utroque sic se habet.

Quid tibi, mors, faciam, quae nulli parcere nosti,
  Nescis laetitiam, nescis amare iocos?
His ego praevalui toto notissimus orbi:
  Hinc mihi larga domus, hinc mihi census erat.
Gaudebam semper. Quid enim, si gaudia desint,
  Hic vagus ac fallax utile mundus habet?
Me viso rabidi subito cecidere furores;
  Ridebat summus me veniente dolor.
Non licuit quemquam mordacibus urere curis,
  Nec rerum incerta mobilitate trahi.
Vincebat cunctos praesentia nostra timores,
  Et mecum felix quaelibet hora fuit.
Motibus ac dictis tragica quoque verba placebant.
  Exhilarans variis tristia corda modis,

---

[2]) EPITAPHIVM VITALIS MIMI. H; EPITAFIVM FILII CATONIS. S. 2. l&itiam HS. io*c*is S. 3. *u*rbi S. 4. cesus S. 6. uag*i*s S. 7. ui*r*o S. 10. quenquam S. cu*rr*is S. 10. *n*obilitate H. 12. Ora S. 13. tragic*a* HS. placebā H. 14. exilarans HS. tristitia HS. posui tris*tia*. 15. Angebam S. loquentur. SH (in H rasura et 1 m. corr. ū). 16. crede*r*is HS. Cum credere*s* metro repugnet, posui cred*u*is pro crederes s. credas. conf. Plaut. Amph. II, 2, 40. Capt. III, 4, 73. Truc. II, 2, 52. 18. magis HS. propter v. *femina* in versu seq. lege ma*r*is. Olim temptaveram *nimis* vel *satis*. ense S. ////e[s]se H (s in rasura). scripsi *isse*. conf Quintil. II, 10: ire in corpus. Tacit. A. XII, 68: ire in melius. Flor. II, 4: ire in sudorem. Verg. A. IV, 413: ire in lacrimas. In Anthol. Lat. IV, 20 legitur: — in vult*u* se *magis* esse me*o*. 20. imitam eos es semina S. 21. tota que*m* m*a*ta S. tota que//// (rasura) māta (1. m. corr.) H. 21. Videbantur HS. equidem correxi: ridebant. raptor S. rapitor H. posui: rapt*as*. 23. Quo vos H. Quo*d* vos S. 25. mesti H. 26. la*d*a H. conf. l*&*itiam v. 2 et pi*&*ate v. 24 HS.

Fingebam vultus, habitus ac verba loquentum,
Vt plures uno creduis ore loqui.
Ipse etiam, quem nostra oculis geminabat imago,
Horruit, in vultus se maris isse meos.
O quotiens imitata meo se femina gestu
Vidit et erubuit totaque mota fuit!
Ergo quot in nostro ridebant corpore formae,
Tot mecum raptas abstulit atra dies.
Quo vos iam tristi turbatus deprecor ore,
Qui tumulum legitis cum pietate meum.
O quam laetus eras, Vitalis, dicite maesti:
Sint tibi, Vitalis, sint tibi laeta modo! —

Hoc epitaphium, quod multis vitiis maculatum singulari cura emendavi, in Catonis nostri filium fuisse scriptum, non verisimile puto, cum tota distichorum indoles et natura moribus mimi contradicat, cuius vivida his versibus imago adumbrata est. De Vitali isto vide Anthol. L. VI, 20. Meyer. n. 1173, 15 sqq. Cum Catone nostro eum fuisse coniunctum, nulla est ratio. De scurrili quodam serioris saeculi poeta, cui simile nomen (Vidal) erat, cogitare vetat certa Codicis nostri aetas, qui non ad decimum tertium sed ad decimum saeculum spectat. A librariis ergo epitaphium illud Catonis libro forte fortuna, ut interdum fit, adiunctum esse suspicamur, qualia additamenta in nonnullis veteribus Horatii codicibus etc. Parisino B tamquam parerga a prima manu posita esse cognovimus.

Vetusta manus secunda modo correxit, modo varias lectiones supra posuit, ut intilli////gas, quur, coniu^{n}x etc. Scribit pr*e*ponas, qu*ae*sitis, l&i(= mortis. cum cauda), uiciis, diuiciis, compescere, impendere, adquirere, coherce, abundas, damna, damnis, thure etc.

T saec. X. (7.) Parisinus 2874 in 4. longiore vet. num. 4246 cum scholiis marginalibus et glossis primae manus. Catoni praemissa sunt poemata Prosperi, Sereni aliorumque poetarum minorum. Catonis nomen non occurrit in epigraphis, quae singulis libris datae sunt: EXPLICIT LIBER I. INCIPIT LIBER II. — EXPLIC. LIBER III. INCIPIT QVARTVS. Manus glossatoris saepe correxit expungens et eradens. Scripturae:

relinquid. dampno. dampna. dampnosa. dāpnaris. somnus. contempnere. contempneris. praeponi. quaesitos. laedit. preuidimus. conlaudes. compescere. impendere. carus. coerce. habundas. lo&i. Noli. Notis etc. —

Hi septem codices Parisini ex saec. IX. et X sunt vetustissimi eorum, quos novimus; totidem ibi adservantur, qui ad saec. XII. (cod. K n. 8246), ad saec. XIV. (cod. X. n. 8023. cod. G n. 8460. cod. 8246 A, cod. M 7575, cod. V 6345) et ad saec. XV (cod. F 8429) spectant. Horum librorum descriptio infra dabitur; prius enim tres ad saec. XI et XII pertinentes Anglici Codices sunt nominandi.

(8.) Cod. B. N. Rawl. 57. Oxoniensis in Bibl. Bodl. quinque foliis membranaceis constans. Est autem mutilus ab initio, incipit enim cum libri primi disticho 35: Ne dubit*es*, cum magna petas etc. Ex sequentibus libris suam quisque inscriptionem rubram fert, ut: EXPLICIT LIBER II. INCIPIT LIBER III. etc. Literae initiales rubrae cum atris alternantur. Paucae glossulae inter versus positae conspiciuntur. Cum Codex mutilus sit et bona pars propter macula libri vix legi possit, versus tantum singulis libris praefixos contuli. Notanda est ultima huius voluminis pars ab eadem manu exarata exhibens Catonis disticha versibus Leoninis et patens a folio 27 b. usque ad finem totius libri, fol. 336, ubi atra inscriptio legitur: EXPLICIT CATO PER EQVIPOLLENTIA. In capite huius partis exstant hi rubro colore exarati versus:

Rawl. 57. sec. XI.

EI QCVNQ: LEGIT MARTINI MVSA QVOD EGIT

SIC YBI DELIQVIT. VITIV̄ SANARE RELIQT.

Initium versuum hoc est:

Lingua paterna sonat. quo dei sapientia donat.
Exaudi fili. mentisque repone cubili.
Principio. cultū dni tu dilige multum.
Qua sine cultura n̄ ÷(=est)mens crimine pura.
Non teneas vane. de somno surgere mane.
Longa quies somni uitio fit fomes in omni
Hac varia vita. discors tibi vivere vita.
Nulli se iungit. sua quem discordia pungit.

Si cupias pacem linguā compesce loquacē
Et ratione sile. dnm (=dominum) si queris adire etc.

Etiam his singulis libris rubrae inscriptiones sunt datae, ut: EXPŁ. LIB̄ I. INCIPIT SCDS.

Terrae culturas si fors cognoscere curas[3])
Ecce tibi maro describit carmina claro.
Sin magis herbarū naturā discere carū
Herbas et uires scit macer et inde requires.
At si sudores belli cupis atque labores
Lucanus dicit que cesar proelia vicit.
Si ueneris mores exquiris et eius amores.
Lectus callentem naso dabit hinc tibi mentem etc.

Initium libri IV:

Vitam securam qui uis et crimine puram
Et qui sinceris te moribus addere queris
Corde sub attento mea ponere verba memento
In quibus agnoscas que crimine (crimina) linquere poscas.
Absit ditari qui se vult mente beari. etc.

---

[3]) In Cod. Cantabrig. Bibl. Vniv. Ee. 6. 29 ita se habent versus:

Noscere si rura vis scire georgica cura
Vires herbarum si noscere sit tibi carum.
Macer monstrabit herbas uirtute probabit
Queras lucanum si noscere sit tibi sanum etc.

Hic Codex membran. decem foliis quaternis minoribus Catonem exhibet, omissa prosaica parte. Primi versus sunt hi:

Si deus est animus, ut scripta per ethica scimus
Non tibi spernendus sit pura mente colendus.
Plus vigilans esto sompnoque fruaris honesto.
Dat requies grandis viciis alimenta nefandis etc.

Insunt etiam disputationes inter corpus et animam, inter vinum et aquam, inter membra regalia hominis de vana fallacia mundi, de varietate loquenciū in mundo, de morte, libellus hildeberti, epı̄ (episcopi) de edificio anime. Cantabrigiae in Vniv. Bibl. praeter hos alii pauci Catonis codices MSS. adservantur recentiores nulliusque nobis pretii, ut E e. IV. 31. n. 1041 foliis 17 membran. et chartac. constans et praeter astrologica, quae mutila sunt, Catonem continens cum versione Anglica. tum 77. H. 9. n. 1237. cod. chartac. praeter preces Anglicas versibus simili exitu conpositas 19 foliis Catonem una cum versione Anglica conplectitur.

Extremi versus sunt hi:

Nemo sit oblitus fuerit cum multa peritus.
Quem plus addiscat ne discere queso fatiscat
Nullus miretur. nudum si carmen habetur.
Mens paupertina coniunxit carmina bina.[4])

(9.) Cod. Gg. 5. 35 in Bibl. Vnivers. Cantabrig. ad saec. XI pertinens post innumera quae 406 foliis membranaceis octonis praemittuntur poemata Iuvenci, Sedulii, Prosperi, Prudentii, Lactantii, Boetii, Rab. Mauri, Augustini, Athelmi, Milonis (Monachi), Symphosii, Althelmi, Hugbaldi (Responsio de laude Calvorum in folio 364) conlocatus est Catonis liber in sex foliis, qui inscribitur: INCIPIT EPLA CATONIS. Lib. I fert inscriptionem: EXPLICIT EPŁA. INCIPIT LIB. PRIM9 CATONIS. Singulis quibusdam verbis pauciores glossulae datae sunt, ut, I,1 *animus.* sapientia. *carmina.* gentilium. *hic* s. deus. *pura.* sincera etc. Vniv. saec. XI.

In fine leguntur haec: „Incipiunt versus Columbani abbatis de bonis moribus observandis." Hi versus tribus foliis et dimidio continentur et sic inchoant:

Haec praecepta legat devotus et impleat actu
Virtutum titulis vitam qui querat honestam etc.

---

[4]) Praeter hunc Codicem vetustiorem alii in Bibl. Bodleiana adservantur minoris aetatis:

a) Cod. 328, sex foliis membranaceis octonis constans, quae integrum Catonem exhibent. Saeculo XIV. bene et correcte exaratus est. Paucissimae in eo rasurae conspiciuntur. Contuli epistolam praemissam et praecepta prosaica primumque librum integrum. 328 saec. IXV.

b) Cod. E. 633. membr. saec. XIV.

c) Cod. B. N. Digb. 3. in chartaceis septem foliis formae quadratae min. Catonem offerens. Alia praeter Catonem hoc volumine continentur, ut *Carmen de Tobia*, quod, ut in ed. Müldeneri (Gotting. 1855) incipit: Ex agro veteri virtutum semina morum etc. Inscriptio Catoni non data est. Secunda eiusdem aetatis manus in calce adscripsit: EXPLICIT CATO SAPIENS. Eadem saepissime erasit et correxit atque aliquoties addidit varias lectiones.

d) Cod. 58, apud Hattonem cod. 40, chartaceis sex foliis constans, ab initio atque in fine mutilus, saeculo XV pallido atramento male exaratus.

e) B N. Rawl. 60, chartaceis novem foliis constans, saec. XV. ineunte exaratus, praeter alia integrum Catonem exhibens. Incipit: Cum anima adverterem etc. In fine sententiarum pedestrium legitur: Explicit liber *parvi Catonis*, in calce autem:

Explicit hic cato dans castigamina vato (nato).

Codex est Anglosaxonicus a scriba satis exercitato exaratus, peioris tamen notae existimandus. Scribit kme = carissime. h = autem. locuntur. intellegas. intelligere. neglegas. conponas etc.

Cant. saec. XII. (10). Cod. Cantabrigiensis O. 3. 57. saec. XII, 3 foliis membran, constans, scholiis carens. Inscribitur: INCIPIT LIBER CATONIS. — LIBER PRIMVS — LIBER II. — LIBER III. — LIBER IIII; in fine: EXPLICIT IIII. LIBER CATONIS. —

Jam de minoribus septem illis Parisinis codicibus pauca verba facere libet.

Par. K saec. XII. (11.) Cod. K 8286 Colbert. vet. num. 5255 membranaceus foliis quaternis et binis paginae partitionibus saeculo XII. exaratus. Liber erat Petri Pithoei[5]), qui nomen suum Persio

---

Pith. [5]) In Bibl. Bodl. Oxon. adservatur editio Catonis (Josephi Scaligeri opp. div.) Paris. 1605 cum notis MSS. Petri Pithoei. In folio primo scriptum est Pierre Pithou 1607, in folio tituli: Donum N. Fabri. V. C. in altero titulo: Catonis maioris dictum apud Stob. de ira *τὸν ὀργιζόμενον ἐνομίζει τοῦ μαινομένου χρόνῳ διαφέρειν·* In calce Catonis haec leguntur: Collatus cum MS. Puteanorum fratrum a Jac. Puteano et P. Pithoeo. Lutet. 1612. Pithoeus collationem ne uno quidem verbo auxit, notis autem pauca adspersit. Collationem signavi „Pith.", notae autem sunt hae: p. 41 ad v. 18 et 19: Cuiac. ad I. 8. D. de inst. et iure. p. 42 in sup. margine: Vinetus in Auson. edit. VI. Pithoeus ad Catonem p. 49. Puteanus correxit v. 10. *ποτὲ* in *πότε*. I. Puteanus adnotavit ad Publ. Syr. p. 118. quantum in aleae arte est: quanto in arte est melior. Faber p. 129 in *Στωμ. ἐμμετρ· παροιμ.* v. 11 *ὥστυ* pro *ὥστι*. p. 137 v. 10: *εἰ* pro *εἶ* et *ἰδοίμην* pro *πειϑ*. Haec sunt omnia.

Ab eodem Iac. Puteano scriptae videntur: *Collationes trium Codicum* in ed. Lugd. Batav. 1626 in eadem Bibl. Bodl. Oxon. adservatae. De quibus in praemisso folio albo b. haec sunt notata:

V. Vetus chartaceus Biblioth. Lugd.
M. Membranaceus Vossianus.
R. Veterrimus Regius.

Ex Cod. V in folio primo albo haec notata leguntur: Explicit hic Catho dans castigamina nato.

Decem praecepta legum.
Unum crede deum. nec iures vana per ipsum:
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Non sis occifer, fur, moechus, testis iniquus
Alterius violans nec rem cupias alienam.
Septem peccata mortalia etc. etc.

praeposuit, qui eodem volumine continetur. Glossae uberrimae et versibus et prologo datae sunt. P. Pithoens in folio primo scripsit: *Catonis liber*. Ut totus liber sic singuli libri inscriptionibus carent, maiorem autem rubram prae se ferunt literam initialem. Manus prima hinc inde lectiones varias vulgo meliores supraposuit. Ad calcem scriptum est: EXPLICIT ETHICA CATONIS. Scripturae: 9 = cum. se9tur = secuntur. s; = set. tn = etenim. ÷ = est. a¹d = aliquid. qui93 = quicumque. 9iūx = coniunx. locuplex. habundat. diuicie. stulticia. sapiencia. gracia. paciencia. contēpseris. dāpnatus. sōpnia. deffendere. cecam merere. nanque. quidquid. coherce. tēpta etc.

(12.) Cod. X n. 8023. Colbert. vet. num. 2556. constans 36 foliis chartaceis in fol. min. ex fine saec. XIV; altera pars codicis est membranacea ex eodem saeculo. Vberrimus inest Commentarius, cuius introductio est haec: „Sententia moralis de expulsione uicii et de optation*em* virtutis quae sic describitur: virtus est animi habitus dir^c^tiu⁹ (directivus) circa bonum etc. Folium 24. ante fol. 23. legendum est. Scribit sit pro scit. nocis pro noscis. lingam pro linguam. 9iūx pro coniunx. pocius. gracia. urget. honus. coherce. adquirere etc. Versui ultimo (Hec breuitas sensus fecit coniungere binos) additus hic est: Paris. X. saec. XIV.

Laus tibi sit X̅P̅e̅ (Christe). qui liber explicit iste.

Notandum, etiam huic versui commentarium esse datum, qui exit cum voce Amen.

(13.) Cod. G. n. 8460 membranaceis quinque foliis octonis (a folio 18—24) Catonem conplectitur. Character Gothicus saeculum XIV testatur. caret scholiis glossisque et inscriptionibus. Post ultimum versum lemma exstat: Finito libro sit laus et gloria Christo. Liber non melioris notae est, propter foliorum labem multis locis non legendus. Paris. G. saec. XIV.

(14.) Cod. D. n. 8246 A. in sex foliis membranaceis octo- Paris. D. saec. XIV.

Inscriptio „codici alicui" data est haec: INCIPIVNT LIBRI CATONIS PHILOSOPHI. In cod. Parisino R, quem supra descripsimus, ad calcem invenitur hoc lemma: EXPLICIT LIB̅ QVARTVS CATONIS PHILOSOPHI. Ex hoc atque ex diversitate praeceptorum 56 patet, hunc codicem non esse eum, quo Puteanus usus est.

nis exaratus saec. XIV. inscriptionibus carens, literas autem initiales maiores ostendens ante singulos libros. Ad calcem scriptum est: EXPLICIT CATHO.

Paris. M. saec. XIV. (15.) Cod. M n. 7575. constans sex foliis membran. octonis eiusdem Gothici characteris atque aetatis cum antecedente, carens item inscriptionibus. Libri singuli rubris litt. initialibus distincti sunt. Et audacia et ignorantia scriba saepe lapsus est. Integer quidem Codex est sed malae notae. Ad calcem prima manus posuit illud lemma: Explicit ħ catho dans castigamina nato.

Paris. V. saec. XIV. (16.) Cod. V n. 6345. Colbert. vet. num. 2981 in septem foliis membran. laevissimis quaternis mai. integrum Catonem conplectens. Saeculo XIV maxima cum diligentia exaratus et multis modis ornatus est. Literae initiales auratae et pictae, caeruleae et virides conspiciuntur atque ornamenta in margine quae decurrunt. Ad calcem leguntur haec: LIBER CATONIS DEO GRACIAS AMEN. Libri quarti disticho 25 (Laudaris etc.) nova maior litera initialis data est.

Non operae pretium duxi, Codicum numerum augere; unum tamen addere ideo placet, quod ad saec. XIII. spectat:

B. saec. XIII. (17.) Cod. *Bernensis* n. 403 quaternis 12 membranaceis foliis integra Catonis disticha exhibens cum perpetuis scholiis uberrimis luculenter a prima manu scriptis. Sinnerus in Catalogo T. III, p. 546 eum ex saec. XII esse dixit, neglegens quae ad calcem rubro atramento scripta sunt: „Parisetus de donceverino scripsit hos libros (insunt enim praeter Catonem Theoduli ecloga. Ovidius de remedio amoris et Magist. Matthaei Vindocinensis poema in T*h*obiam (nuper ed. ab F. A. G. Müldenero Gottingensi 1855) anno domini M̊ CC̊ octuagesimo quarto finitos feria sexta ante Invocavit.“ Initiales rubrae apparent et caeruleae et in ipso libro et in scholiorum partitionibus. Correctus est partim ab ipsa prima manu, partim a glossatore serioris aetatis. Liber peioris notae, ut Cod. n. 512, de quo tacemus [6]).

x. saec. X. [6]) Addendum est fragmentum non contempnendum sub tecto aedium Bibliothecae Bernensis cum multis aliis manuscriptis a me repertum. Constat ex uno tantum folio membranaceo, cuius una pagina nihil habet. pertinet ad priorem partem saeculi X et tendit a disticho 33 libri quarti. Cha-

Transeo ad *inpressos saeculi XV. libros*, quibus equidem usus sum.

1. Ante editionem principem dicendus est *membranàceus libellus* constans quattuor foliis in 16, charactere monachorum Gothico inpressus (ab J. de Westphalia? v. Ebert. n. 3726), quem in Bibliotheca Spenceriana Londini in examen vocavi. Est autem liber mutilus, nam post I, 29. a (Quod vile est etc.) sublata sunt folia nonnulla; pergit in tertio folio cum IV, 9. b (Namque solent etc.) Incipit cum verbis ,Vm animadverterem etc. Praecepta tantum 41 habet, quorum duo extrema sunt haec: Illud stude agere multū ē et: Dilige deū ex toto corde; inde, nulla inscriptione interposita, transit ad librum primum. Saepe facit cum ed. pr., suas tamen habet lectiones, ut I, 27 recipit. IV, 16 Si tibi. 19. 26. 28 parte pro parce. 37 etc. Ad calcem leguntur haec: Membr.

Hec brevitas sens9 fecit 9iūgē binos
Explicit h (hoc) cato dās castigamina nato.

2. *Editio princeps*[7]) 484 (483 Seemiller. et Dibdin.) foliis in folio q. d. constans, inpressa ab Antoeio Sorg, *Augsburgiae*, 1475. Adhibui eam Parisiis atque Londini in Bibl. Spenceriana (III, 245 —247 n. 663. Incunab. Typogr. fasc. I p. 72). Ad calcem: — — finit felici9 Incarnationis saluberrime anno. M. CCCC. LXXV. die crastina fest. omnium sanctorum. Commentarium qui inest copiosum confecit (conf. fol. 58) Philippus de Pergamo, 'prior monasterii sancte marie de tressonibus de padua'. Fol. 59. a: Nunc te fili carissime docebo q̊ pacto mores tui animi (anim*ae* Dibdin. l. l.) cōponas. Fol. 239. a: Incipit pars prima *metricalis*. Ad finem partis praecedentis leguntur haec: 'Et sic ad laudem et vestri omniumque legentium consolationem *prosàycalis* pars hic finitur et terminatur. Deo gratias.' Inscriptiones partim singulis partibus datae sunt: fol. 301: dicesimum septimum autoris Pr.

ractere Longobardico hic mutilus Codex exaratus est in Folio duabus partitionibus, quae textum usque ad finem libri quarti continent. Literae initiales atrae sunt, omnino ornamentis carentes.

[7]) Neque vidi ed. Catonis cum amplissimo commentario sine l. et a. 60 foll. Ulm. J. Zainer. v. Ebert. n. 3727, neque editionem 1475 sine loco (Argentorati impr. Mart. Flach? v. Ebert. n. 3728).

praeceptum *metricum.* fol. 321: Sequitur preceptum metricum Tricesimum Octavum. 379. b: Explicit pars metricalis secunda incipit tercia pars feliciter. Quod ad ipsum Catonis textum adtinet, dicendum est, voces subinde omitti, ut I, 19. b. III, 4. b, mutationes et transpositiones contra metrum frequentes, III, 15. b, correctiones liberiores, II, 6. b, et lectiones proprias (IV, 44. a) inveniri. Habet 56 praecepta. Scripturae: nunquam. nanque. utranque. uiciis. stulticia. damna. damno. contemnere. contempseris. temptata. autoris. ceptis. que = quae. lictatur = litatur. thure. bacho. imago. Saepe facit cum cod. M.

Caxt. 861. 3. Editio *a Caxtone, ut videtur, inpressa Londini* a. 1483. Bibl. Spencer. IV. p. 264—266 n. 861, liber summae raritatis, quem Ebertus ignorabat. Constat 27 foliis in 4. (26 foll. ap. Dibdin. l. l. p. 266). In folio 27. exit cum viginti versibus Anglicis; colophon adest: explicit catho. Folium primum inscriptum est: Hic incipit parvus *Ch*ato. In pagina tertia legitur; Hic finis *parvi* ca*th*onis. Hic 'parvus catho' post inscriptionem folii 1 adumbratum fert praeceptorem, qui in sella sedet virgam disciplinarem dextra tenens anteque eum quattuor pueros, duos in genibus, duos stantes, quibus poenam indicat manum sinistram iusto maiorem tendens. Incipit autem ita: VM aīa adverterē quam hoīes graviter errare. Haec verba septem versibus sequentibus antiquo sermone Anglico conpositis explicita sunt:

Whan J adverte in my remembraunce
And see holb fede solkes (folkes) erren greuonsly
Jn the wey of vertuous governaunce
J have supposyd in myn herte that J
Ought to supporte and counceyl prudently
Them to be vertuous in Lyuyng
And holb they shal them self in honour bryng.

Totidem eiusmodi versus dati sunt 1) verbis: Igitur fili carissime docebo te quo pacto mores. 2) Itaque deo supplica. parentes ama. 3) Magistrum metue. Rem tuam custodi. 4) Libros lege. Libros disce. quod legeris memento. 5) Troco lude. Aleas fuge. Pactum serva. Istis versibus adnexi sunt alii octo:

Beholde my mayster this litil tretise
Whiche is ful of wyt and sapyence
Enforce the this matere taccomplise
Thynke it is translated at jour reverence
Enrolle hit therfore in your advertence
And desyre for to knoble what cathon mente
Whan ye it rede let not your herte be thence
But doth as this sayth with al your entente.

Colophon adest: hic finis parui cathonis.

Vides ad calcem huius parvi Catonis iterum magistrum adumbratum, qui sedet in sella ante oculos librum magnum tenens anteque eum quinque pueros in genibus prostratos. In verso folii secundi leguntur haec: Hic incipit magnus *Ch*ato. Cuique disticho suppositi sunt septem versus Anglici. Haec editio multo correctior est editione Caxtonis a. 1483, cuius textus omnino diversus est: I, 3. b qui scit. 4. b. q. a. rariores sunt mendae typotheticae II, 7. a pudiat. II, 7. b culpant. II, 8. b patent. 12. a prequirere. 26. a uoli pro noli. 31. a meus pro mens. IV, 38. a siue pro sine. III, 18. a parlege. parlectis. IV, 21. a parce peris IV, 41. a pugnera. Nonnullas mendas habet communes, ut II, 2. a (que om.) cum ed. principe, ex qua textus profectus esse videtur. Lectiones propriae I, 15. a. 16. a. 23. b. II, 3. b (metuit). 7. a. 12. a. 13. b. 18. a. 22. a. 26. a. IV, 3. a. 12. b. 46. b. Scripturae: hijs. loquntur. locuti. locutum. cōiunx. dampna. sompno. contempnere. tempta. ceptis. sepe. euum. set et sed. archana et arcana. comoda. pocius. forcius. paciencia. unquam. nunquam. namque. litus. bacho. dissere=discere. cuntis=cunctis. ymago. supprema. Hac=fac IV, 12. 17. 48. Distichon II, 29 (iudicium etc.) positum est ad finem libri post distt. 30 et 31. Colophon in calce est: Explicit Chato.

4. Ed. *Londinensis inpressa a Caxtone* in Westmonast. abb. a. 1483 in fol. Vide Bibl. Spencer. IV, 263—264. British Bibliographer IV, 32. Aliud exemptum est penes ducem de Devonshire. Constat 77 foliis, quorum quattuor priora prologum continent et registrum; post folium album, 16 folia praebent praecepta s. sententias, 56 folia textum distichorum. Quinque versus s. lineae, quae ad calcem sunt positae, in **Caxt. 83**

Dibdinii descriptione huius rarissimi libri leguntur. Ex his autem patet error Eberti,[8]) qui sub n. 3741 hunc librum, quo ipse non usus est, tamquam versionem adfert hisce verbis: „The booke callyd Caton translated oute of frensshe in to englysshe by *W. Caxton* 1483 fol.“ Hic error facile potuit oriri ex notitia in folio primo typis inpressa: Here begynneth the prologue or prohemye of the *book callid Caton, whiche booke hath ben translatedj in to Englysshe by Mayster Benet Burgh*, late Archedeken of Colchester andj hye chanon of saint Stephens at Westmestre, which fut craftly hath made it in balade ryal for the erudicion of mylord Bousher, sone & (et) heyr at that tyme to mylord the erle of Estsex Andj by cause of late cam to my hand a book of the said Caton in ffrenshe, whiche reherceth many a fayr lernynge andj notable ensamples, J have translated it oute of frensshe in to Englysshe, as al along here after shalle appiere, whiche J presente vnto the cyte of London, etc. (sequuntur preces et vota *Williami Caxton cytezeyn*). Ex his patet, non ipsum Caxtonem sed Burghium transtulisse librum Catonis. Sententiarum prosaicarum sunt 56; tria extrema haec: 54. Noli concupissere (sic) alienum. 55. Istud stude agere, quod bonum est. 56. Libenter ferto amore. Sine ulla inscriptione ad librum primum transit, dum ipse primus versus inscriptioni inservit. Abest distichon IV, 15. Mendae typotheticae III, 8. IV, 4. 8. glossa inmissa IV, 16. vox superflua IV, 12. syllaba contra metrum II, 26. versus septem pedibus constans II, 20. Scripturae: hijs. longuo et longo. deffendere. refferenti. comoda. racione. eciam. pocius. prudencia. sapiencia. uiciis. loquntur. locutum. dampna. sumptum. sompno. contempnere. contempseris. preponere. ceptis. vite. eger. habundat. sed et set. quodcumque et quodcunque. subferre. bacho. thure. cumcquid. Nazonem. sid=sit. ymago.

Bas. 5. Ed. *Basil.* 1486. Bibl. Spencer VI. p. 101—102 n. 1080. Panzer. Vol. I. p. 159—172. constans quadraginta septem foliis quaternis parvis. In tituli folio exstat: Moralissimus Cato cū elegantissimo cōmento. Dibdin. qui brevem

[8]) Ebertus sub eodem numero addit: 'Das Original ist wahrscheinlich n. 3739: Caton en français, Lyon. circa 1480'.

descriptionem dedit, dicit p. 101: 'The title is over a woodcut of two men in close conversation, an embellishment, which J think J have seen in some work published by Gerard Leen at Antwerp'. Ebertus qui hanc ed. Basil. ignorat. p. 290 Antwerpianam adfert his verbis: Cato moralissimus c. eleg. commento Rob. de Euremodio Antw. Leen 1485. 1487, 4. Folium secundum ab initio habet: Incipit liber de doctrina Catonis ampliatus per sermones rhetoricos et morales. per fratrem Robertū de Euremodio monachum Clarevallis, qui generosae indolis adolescentulo Petro de Saluciis librum dedicavit. Editor ergo Italus erat, atque duobus annis post haec editio Neapoli iterum prodiit, qua de re vide quae dicta sunt ad num. 6 subsequentem. Prima pagina exit cum his verbis, quae maioribus typis inpressa sunt: 'In hoc Catonis viri moralissimi prologo decem decalogi precepta ponuntur: septē quoque virtutes contra mortalia septem perpulchre interseruntur'. Sententiae s. praecepta sunt quinquaginta quinque, quorum ultimum est: Libenter morem ferto. Trigesimum sextum est: Maledictus ne esto. Neque singuli quattuor libri neque disticha singula numerata sunt. Hoc autem proprium editionibus Basil. et Neapol. est, singula praecepta metrica suas quodque inscriptiones gerere, e. c. Pura mente deum tuum (om. ed. Neapol.) ama. 2. de vigilia. 3. Linguan (linguam ed. Neapol.) compesce. 4. Notam contradictionis caueto etc. Lectiones propriae: I, 25. b (verbo sus) 30. a (ne tu fec.). 37. b (moderare tibi). 39. a. (iam sunt). 39. b (est om.). II, 6. a (paruis). Distichon primum libri Tertii in utraque editione omissum est, item distichon IV, 35 (Ereptis etc.). Inscriptio Epilogi est: Huius operis laudabilis conclusio. Singularis consuetudo est, scholiis ad quodque distichon duos alios addere hexametros, qui modo 'novo Catoni' modo 'Cuidam' adscribuntur, rarius Ovidio, Aesopo, Persio, Senecae.

6. Editio *Neapolitana* inpressa per Mathiam Moravum. **Neap.**
a. 1488, 4. Bibl. Spencer. VII, 33—34. Panzer. II p. 161. n. 53. Denis. p. 243. n. 1933. Dibdin. dicit p. 34: Duke di Cassano is quite enthusiastic in his commendations of its beauty and rarity, observing that it is unknown to bibliographers etc. Ebertus eam ignorabat. Elegans hic libellus con-

stat ex triginta novem foliis quaternis, atque idem fere est cum editione praecedente, cum qua non solum in textu plurimis locis consentit sed etiam in scholiis et glossis aut infra versus aut supra singulas voces positis. Differunt autem hae duae editiones non solum singulis locis distichorum, ut supra iam notavimus, sed etiam in epistola praemissa, ubi ed. Neap. habet *Prestanti* et generose indolis etc. Colophon in editione utraque sic se habet: 'Hic finem aspice Catonis viri moralissimi et in via morum gravissimi cum commento fratris Roberti de Euromodio monachi Clarevallis. tam verborum ornatu limato quam sententiarum gravitate preclaro ut ex Iovis cerebro videatur emanatum Impressum' 1. Basileae decima quarta die Iunii. Anno domini M.CCCC.LXXXVI. 2. Neapoli per Mathiam Moravum die XVI. Iulii Anno incarnationis dominice M.CCCC.LXXXVIII. In ed. Basil. praeter haec suprapositi exstant hi tantum duo versus:

Nullus mireris carmen nudum haberis.
Mens paupertina coniunxit carmina bina.

Ven. 91. 7. Editio *Veneta a. 1491.* fol. Ad calcem, fol. 90. a. legitur: Impressum Venetiis. anno. M.CCCC.LXXXXI. die vigesimo tertio. Marcii. Inscriptionibus cum totus liber tum singuli libri carent, habent autem magnas litteras initiales typographica arte ornatas. Mendis tamen typotheticis scatet. Transpositiones verborum sunt frequentes, atque nonnulli versus aut syllabis omissis aut vocibus receptis ita laborant, ut leges metricae laedantur. Multa sunt liberius correcta, saepe tamen facit cum veteribus codicibus. Idem valet de

Ven. 93. 8. Editione *Veneta a. 1493* inpr. a Jo. de Ceroto de Tridino. Restat

Ital. 9. 'Liber Cathonis in vulgares rigmos (sic) translatus a dn̄o Catellucio de Campania milite', lat. et ital. in 4 sine dato. Bibl. Spencer. VII p. 32—33. Dibdin. refert: The Duke di Cassano considers this version utterly unknown to bibliographers and supposes the printer may have been Schurener de Bopardia. Verum est, eosdem esse typos, quibus Romae Magister Jo. Schurener de Bopardia anno 1475 librum epistolarum familiarium Enee Silvii Piccolominei inpressit; exemplum tamen Catonis in Bibl. Spencer. chartam spissiorem et colo-

rem atriorem ostendit. Constat viginti sex foliis quaternis. Cuique disticho Latino sex versus Italici sunt dati, ut:

SI deus ē anim9 nobis ut carmina dicūt
Hic tibi p̄cipue sit pura mēte colendus.
In prīcipio comāda lu piu principalm̄te
Con puritate laudare lalto dio oīpotēte
Ad cio che ni dia gr̄a intre la hūana gēte
Et della eterna gloria nō sia laīa p̄dēte
Lanima e beata et lo corpo securo
De chi a dio serve con core netto e puro.

Libri singuli inscriptionibus carent et disticha singula numeris. Ad calcem legitur: finis feliciter. Satis correctus hic liber est. rarae sunt mendae typotheticae (III, 9. b. IV, 37. a.) interpunctionis signa fere nulla: bis aut ter tantum in toto libello vidi punctum. Nonnullae lectiones propriae non ineptae insunt. —

Hae sunt editiones saeculi XV vetustiores, quarum varias lectiones enotare placuit. Non operae pretium duxi describere alias, quas in itinere offendi, inter quas Bibliothecae Stae Genovefae Parisiis liber in 4. min. 'Cathonis cum faceti glosa' et 'Catho moralizatus' (Paduae s. Patavii?), porro in Bibl. Francof. ad M. Chato cū glosa. Anno salutis M.CCCC.XCVI per Henricum Quentell. Colon. 2. 'Katho. Marci Cathonis libri morales cum compositione alemanica impressum per industrium Iohānem Prup civem Argentinensem sexto nonas Marcii anno salutis 1499', foliis duodeviginti quaternis constans. 3. Catho moralizatus alias Speculum regiminis quo ad utriusque hominis reformationem. Impressum Lugduni per Johannem de Uingle. Anno domini M.CCCC.XCV die XXVIII Ianuarii.

Addenda hic est mentio exempli editionis Lugd. Batav. 1626, 8, quod in Libliotheca Bodl. Oxoniae adservatur, propter Collationes trium Codicum, de quibus in praemisso folio albo 6. haec sunt scripta:

'V. Vetus chartaceus Biblioth. Lugd.
M. Membranaceus Vossianus.
R. Veterrimus Regius.

Syri sententias contuli cum Cod. Bibliothecae Leidensis'. Ego

puto hanc manum esse eiusdem Iac. Puteani, qui exemplo editionis Paris. 1605. 8 in Bibl. Bodl. collationem Codicis adscripsit. Vni horum codicum data est notabilis illa inscriptio: 'INCIPIVNT LIBRI CATONIS PHILOSOPHI.' Vter Codex, Vossianus Regiusne an noster Cod. R Paris. n. 2659, hic fuerit, nescimus.

Ex omnibus his et Codicibus meis, qui ex uno fonte profecti videntur, et vetustis Editionibus liquido patet, *Auctorem* opusculi, quod agimus, *Catonem* esse quendam, nullo quidem addito praenomine significatum. Testes nobis sunt vetustissimi illi Codices, quos ipsi vidimus, contulimus, descripsimus, una cum paucis saeculi XV editionibus, quae ex eiusmodi membranis prodiisse creduntur. Inter has editiones non esse Argentinensem istam facile putabis, quam '*Marcum* Cathonem' in titulo habere supra diximus. Maioris omnino momenti tibi existimabitur *Dionysius* praenomen introductum a Iosepho Scaligero, qui primus libro titulum dedit: 'DIONYSII CATONIS Disticha de moribus ad Filium', scribens: 'In libro vetustissimo *Simeonis Bosii*, Iuridici Lemovicensis, viri eruditissimi et acutissimi titulus ita conceptus erat: DIONYSII CATONIS DISTICHA DE MORIBUS AD FILIVM. Solus ille codex bonae notae repertus est memoria nostra. Reliqui, uti sequiorum saeculorum, ita mendosiores'. Haec sunt verba Scaligeri, quem Opitius, Daumius, Cannegieterus, Arntzenius aliique usque ad nostrum tempus tamquam ducem gregis secuti sunt. Sed mihi valde dubia est haec auctoritas. Minime enim certum est, Scaligerum ipsum hoc Codice usum fuisse, cuius ne aetatem quidem accuratius dixit. Tota inscriptio mihi fide plena ideo indigna esse videtur, quod partes eius *Dionysius disticha de moribus ad filium* in veteribus meis codicibus, quos Scaligerus certe ignoravit, non occurrunt. Evolvisse quidem librum etiam Elias Vinetus traditur, qui eum visendae antiquitatis fuisse ad Edyllia Ausonii (conf. Henr. Cannegieteri Rescripta Boxhornio c. II p. 373) scribit, sed non est quod iterum iterumque moneam, quam incerta illo aevo sint Virorum Doctorum iudicia de aetate Codicum, ut iam supra cognovimus Arntzenii veterem cod. MS. chartaceum. Absit ergo, cum Codex ille Bosianus oculis plane se

subduxerit aliusque huius fontis sive familiae non inventus sit, Dionysius, qui doctas Cannegieteri provocauit disputationes, quae depositae sunt in capp. V et VI p. 380—390. Titulum autem hic V. D. non vult scribi: DIONYSII CATONIS DISTICHA etc. sed: DIONYSII CATO sive DISTICHA DE MORIBVS AD FILIVM, ita ergo ut Dionysius auctor sit, Cato autem libri index sive titulus, quemadmodum CICERONIS LAELIVS sive de Amicitia. 'Haud multo aliter, ait, Gellius et Nonius Varronis librum citant in *Cato* vel de libris educandis, quem librum Ausonius Popma Catonem appellatum suspicatus est, sed non addicentibus vetustis membranis, vide Gronovium ad Gellium Noctt. IV, 19. Nec iuvat sententiam, quod addit Scaliger, Catonem Maiorem similiter Librum hunc, *Carmen de moribus* inscriptum dicit, sed *ad filium* scriptum fuisse non addit. Praecepta Catonis ad filium meminit Plinius XXIX, 1, sed ea diversa fuisse videntur carmini illi, de quo deinceps plura sequentur' etc. Sed Dionysium nos non agnoscimus quippe neque Codicibus satis probatum, neque vel unius Veteris Scriptoris aequalis aut proximi auctoritate munitum. Item incertus est titulus *Disticha de moribus*, qui ex carmine De moribus Catonis Maioris translatus videtur, atque additamentum *Ad Filium*, quod ex Plinii conmemoratione *Praeceptorum Catonis ad Filium* ortum esse suspicamur, aut ex A. Gellii N. A. XI, 2 '*Portii Catonis Libro de moribus ad Filium*'. Alii etiam dicuntur libri MSS. esse deprehensi, in quibus *Octaviani* nomen sit repertum, ut sibi Melchior Goldastus adfirmaverat, conf. Barth. Adv. XXXVIII, 18 atque ad Claudian. p. 243 Edit. pr. et ipse Goldast. ad Columban. inter Paraeneticos Veteres p. 71.

Alia auctorum nomina atque iudicia de Gnomologi nostri distichis moralibus offerunt

VARIORVM DE ISTIS LIBELLIS TESTIMONIA, collecta a Christ. Daumio in ed. Cygneae, 1656, 12 p. 7—19. Sunt autem haec:

(1.) *Vindicianus Comes Archiatrorum* in Epist. ad Imp. Valentinianum:

Quod quum pati coepisset infirmus, flens et gemens illud *Catonis* saepe dicebat:

Corporis auxilium medico committe fideli. Ego autem, *et perito*, restiti (l. restitui).

(2.) *Carolus Magnus*, vel *Alcuinus*, Capitul. de non adorandis Imag. III, 26 p. 432:

Ait enim *Philosophus Cato*:

Somnia ne cures, nam mens humana quod optat,
Cum vigilat, sperat, per somnum cernit id ipsum.

(3.) Io. Sarisburiensis lib. VII. de Nugis Curial. cap. 9: In libello quoque quo parvuli initiantur, ut virtutis instructio et usus teneris ebibitus annis facile nequeat aboleri, quoniam et testa diutius servat odorem eius, quo semel imbuta recens est, ait *vel Cato vel alius*, *nam auctor incertus est*:

Multa legas facito etc.

(4.) *Incertus vetus Auctor Cantilenarum* piarum a Matth. Flacio Illyrico, qui eas Hildeb. Cenomanensi adscribi velit, Magdeburgi, anno 1552, et Basil. 1557 editarum, Cantil. XII, v. 10:

Si legisse memoras
Ethicam Catonis,
In qua scriptum legitur:
Ambula cum bonis.

(5.) *Everhardus in Labyrintho* v. 71:

Inde tenet parvos lacerata fronte *Catones*,
Illos discipuli per metra bina legunt.

Et versu 601:

Semita virtutum catus est *Cato,* regula morum,
Quem metri brevitas verba polire negat.

(6.) *Laur. Valla* lib. IV Eleg. cap. 18:

Cuius rei admoneri certe debuerant trito illo versu, *nescio cuius sed certe inter auctores minutos Latinissimi*, *et quo mille annis nemo carmen scripsit elegantius*:

Indulgere gulae noli, quae ventris amica est.

(7.) *Jod. Badius Ascensius* Commentario in Disticha Catonis fol. CL. a:

Auctor ipse latet. Nam ut *Catoni* aut *maiori*, hoc est, Censorio, aut *minori*, id est, Uticensi ascribas, aetas non patitur; cum hoc opus post Virgilii Lucanique scripta composi-

tum sit, atque illa utriusque post mortem edita. Ut vero *Senecae* addicas, stilus ipse dicendi refragatur. Quisquis autem eius autor est, certum est, eum virum et bonum et litteratum et apprime modestum fuisse. Bonum quidem, quod tot vivendi praecepta ad corrigendos errores in via (ut inquit) morum collegerit: quo uno argumento liquet ipsum Honesti studiosum; praesertim cum vir tam anxie doctus contra se suosque mores noluisset dixisse: *Turpe est doctori, quod culpa redarguit ipsum.* Litteratus autem sane perhibetur, omnibusque non iniquis iudicibus videbitur, qui eius scripta diligenter legerint. Modestus vero vel ex eo praecipue mihi habetur, quod cum tot bonis praeceptionibus optime de urbanis moribus meritus esset. Nomen tamen suum conticuit, ut qui pulcherrima bene facti praemia non in popularibus auris, non applausu, non in commendatione plebis: sed in ipso Deo, in ipsa vertute, et in bona conscientia reponeret etc. Nam honestam et laudabilem fuisse constat.

(8.) *Franc. Quintianus Stoa,* Epographia Tertia de primis Syllabis p. 48. a:

Probus: *Laudaris quodcunque palam* q. p. Non poterunt non mirari literarum cultores, cur sub *Probi* titulo carmen adlegaverim. Ideo quid sentiam cum diverticulo proterminare visum est. Opusculum illud floridum, elegans, et perpolitum nequaquam Catonis esse edocent tempora, quando Lucanum, Nasonem, Virgiliumque legendos praecipiat. Non imus tamen infitias Catonem de moribus libellum posteris reliquisse: Sed ex A. Gellii verbis prorso non vorso eloquio conscriptum conjicimus. Alii tenent *Senecae*, alii *Ausonii* fuisse Opus, quibus astipularer, si ob stilum hosce non mentiretur: *itaque Narmensi Galeoto concordans illud fuisse Probi opus crediderim.*

(9.) *Bapt. Pius* ad Epist. 20. Ciceronis libri 14 ad Atticum fol. 205. b:

Magna est vis ingenii nostri, immo tanta, ut ab aliquibus θεῖος animus, ab aliis caelestis appelletur. In quam sententiam cothurnatus Poeta sic Platonice cecinit, *Diine hunc ardorem mentibus addunt Euryala? an sua cuique Deus fit dira libido?* Quo trahunt aliqui Mysticoteri, qui ultra corticem

tate hodiernorum hominum iudicia contemnere, qua illi bonos scriptores aspernari solent etc.

Ibid.

Ego mihi conscius sum, multos gravissimos, et doctissimos viros non puduisse, jam provectos aetate, haec Disticha memoriter discere.

Idem fine Notarum in Publ. Syri Sententias. Edit. Lugd: Haec Publiana, quamvis inter nugas theatrales jactata, tamen quid rectum, quid utile sit, suxta Horatium, melius Chrysippo et Crantore dicunt. Itaque nunquam illos de manibus deponant non pueri tantum, sed etiam doctiores: quod idem de *Dionysii Catonis* Distichis dictum volo:[9]) quae qua re non frequententur in scholis non video. Meliora enim, et latiniora, quibus animi teneri informentur, dari non possunt etc.

(16.) *Steph. Paschasius Icon.* 107. pag. XI. b.

Cato pro pueris.

Quem tibi pro pueris dat Bibliopola *Catonem*,
Crede mihi liber est aptior iste Viris.

(17.) *Casp. Barthius* Lib. XXI. Advers. c. 21. col. 1064: Quicquid usu vulgari ab auctoritate reconditae eruditionis abit, vilescere solet, et in censum redigi rerum non magni pretii, licet sit auro rarius et formosius. Licet in talibus, quoad poesin quidem Latinam, locum demus *Dionysii Catonis* Distichis. Qui libellus si non dudum ad pulverulenta magistrorum subsellia fuisset damnatus, inter Posterioris aevi principes locum obtineret. Tersus est, Latinus, acutus, eruditus, facilis etc.

Id. lib. XXIV. cap. IV col. 1178:

Quem scriptorem Dionysium Catonem ex membranis in Gallia repertis hodie eruditissimi viri appellandum sanxerunt, is dudum admodum est, cum ignotus fuit nomine, et simul quoque iuventuti propositus ad jungendam cum Latinitate sapientiam, quo officio hodie quoque fungitur. Utrumque nos docet Joannes Saresburiensis sive Carnotensis potius, qui ante annos jam fere quingentos scripsit libro VII. de Nugis Curial. cap. IX. etc. In Scholis quidem praelectum docet etiam

[9]) Haec in Edit. Paris. omittuntur.

MS. auctor Vitarum Philosophorum quem alibi laudamus. Et magna opinione Sapientiae fuisse, Eulogius libro primo Memorialis Sanctorum, qui cum Salomone illum citat, et *Catonem Philosophum* appellat. Gratulandum ergo aevo nostro nomen suum optimum et Poetam et Sophum recepisse, etc.

Ibid. col. 1180:

Videtur esse *Cato* libelli titulus, ut et alibi monuimus, et ipsa praecepta hausta ex prisci Catonis carmine de Moribus, libro prorsa quidem Oratione scripto, sed cuius genius quoad Politica et Oeconomica praecepta mire videatur cum hoc conspirare. Quicunque auctor sit, *Catonem* certe librum inscribi potuisse, celebratissima virtus hominis facile persuadet. Scriptos autem plures huius generis libros ab aliis testis esse potest Scholiastes antiquus Horatii ad Artem poeticam, qui Catonis nomine haec citat:

Metiri se quemque decet, propriisque juvari Laudibus. Quem haud dubio Ethico (ut loquebantur semiprisci illi de Poetis gravibus) alicui centunculo infarctum legit glossator aliquis, cui titulus fuerit Catonis, cum versus ipse sit Aviani Aesopiarum fabula V. De hujus vero nostri antiquitate dubitare non sinit Vindicianus Comes Archiatrorum sub Valentiniano, et fuit sequioribus seculis in: pretio, ut constat ex Joanne Saresberiensi supra laudato. Testimonio ejus utitur et Luitprandus lib. IV. cap. 4. Histor.

Id. lib. LI. cap. 13. col. 2404:

Dionysius Cato, cujus praeclarae et utilissimae sententiae ex mediis pleraeque rebus et ipso usu sunt petitae, et iis versibus inclusae, ut neminem optimum Poetam eorum pudere possit.

Id. lib. LIII cap. 6 col. 2489:

Dionysius Cato antiquior scriptor Theodosianis temporibus.

Id. lib. LX. col. 2851:

Talia carmina merito suo hodie sunt quae *Catonis* inscribuntur. Octaviani titulo a nunnullis producta, ab aliis *Dionysio* cuidam *Catoni* adscripta, et eo nomine a Josepho Scaligero post Planudem Graece reddita. Ego vero suspicor a Poeta quodam meliorum temporum, forsan et Ausonio, cui B. Pius et alii nescio quo sidere perculsi pertinaciter adscri-

bunt, e Catonis libro translata, qui Carmen de Moribus inscribebatur, et ita retinuisse titulum antiquissimi Scriptoris. Catonis autem eum librum citat tribus insignibus et ad mores egregie facientibus fragmentis inde servatis Gellius lib. XI. c. 2. Nec vero nostro demum aevo disticha illa egregia institutioni Juventutis dedicata sunt, sed ante quadringentos amplius annos ita de eo scribit Joannes Seresberiensis lib. VII. Policratici cap. 9. etc. His autem Joannis verbis clarum fit, quod nos suspicati sumus, incertum esse Scriptorem, et librum ex Catonis dictis consarcinatum ejus titulum retinuisse, etc.

Id. ad Claudian I. Edit. p. 243:

Dionysius Cato, quem in membranis Octaviani nomine censeri, praesens praesenti narravit eruditissimus mihi Goldstadus.

Idem lib. VIII. Epidorpidum §. 79:

Cato ille dixit, iste dicta descripsit,
Pari est uterque dignus ambitu censor.

Vide M. Zuer. Boxhornium Quaest. Rom. 14. Goldastum ad Paraenet. Veteres p. 104. 138. etc. *Neandrum* Praefat. Operis aurei Scholast. p. 21. et Praefat. poetis 3. Ethicae. *Zehnerum* Praefat. sententiarum insigniorum. *Senecae* nomine citat Marq. Freherus lib. de Fama et Existimatione, ut p. 256. et alibi. Utuntur hujus Catonis testimonio, praeter memoratos, *Ditmarus* lib. I. Chron. p. 9. *Petrus Blesensis* Epist. 25. *Joh. Salisberiensis* Epist. 171. p. 276. *Radulphus Ardens* Homil. 5. Dom. 3. Advent. p. 16. a. *Alanus* lib. 6. in Merlinum p. 198. *Jacobus de Viragine*, vel ut vulgo vocant, *de Voragine*, Praeful Genuensis cap. 167. uita Catharinae. *Jacobus de Caessolis* de moribus et officiis Nobilium super Ludo Scachorum l. III. c. 7. *Joh. Gerson* Tom. II de Considerat. Principis cap. 5. *Felix Malleolus* in Dialogis passim. *Vetus Florilegii Poetici Collector* passim. *Hieramias Judex de Montagnone* civis Paduanus, Compendio Moralium notabilium, sive ut Editor Petrus Trecius appellat, Epitoma Sapientiae, saepius, etc. Citatur et a *Glossa.* Vide Tom. I. Repetit. DD. 156 fin. Et immiscet suis Sententiis sive *Columbanus*, sive, ut aliis placet, *Aldhelmus* plures Catonis versus: unum

et alterum etiam suis Rhythmis *Gualtherus Dysse* de Schism. Eccles. pone Analecta Lydii ad Clemang. editis p. 31." —

Haec diversi aevi et pretii testimonia, quibus ultro addes Jo. Alb. Fabricii curas in Bibliotheca Latina, vario modo inlustrata sunt a Cannegietero, Westhofio, Boxhornio. Cannegieterus in Rescriptis Boxhornio c. II. p. 373 inter alia haec habet: 'Nonnulli auctorem incertum arbitrantur, in quorum numero est Jo. Sarisberiensis (qui inclaruit sub Friderico Imperatore Primo). Alii *Senecam* nominant. Sed hos refutat Badius Ascensius ob stili dissimilitudinem. Plures *Ausonium*, inter hos Baptista Pius, Gulielmus Canterus in Prolegomenis ad Euripidem, Ausonius Popma ad Catonis Prisci fragmenta p. 164. Reprehendit eos Scaliger ad Ausonium II, 32. Nec desunt, qui *Boethium*, quos refellit Ptolemaeus Flavius in Sylloge Collectaneorum Cap. XCV. *Tullium* aut Ioannem *Clothomium* Commentator, quem inspexit Boxhornius. *Octavianum* Melchioris Goldasti Codex. At vero plerique omnes *Catonem* Libello inscribunt sed diversa sententia. Alii namque Auctoris, alii tituli nomen esse censent. In hac autem varietate illud nomen praecipue spectandum esse puto, quod Scriptores aequales, aut saltem proximi, et, cum hi desunt, quod antiquissimi et praestantiores Codices praeferunt. Hos si de nomine Auctoris consulas, nullam discordiam aut dissensum invenias, sed omnes tibi Catonem dabunt' etc. Withofius[10]) in Dissertatione I ad finem Cap. IV refert: 'Franciscus Quinctianus Stoa (Epographia Tertia p. 48) nescio quem *Probum* ut verum auctorem Distichorum laudat, adsentiente Narniensi Galeotto. S. Aemilium illum Probum hi Viri intellexerunt, Theodosii Imp. tempori supparem ipsoque Ausonio, multo magis etiam Vindiciano iuniorem, facile eius opinionis falsitas elucet. Imo Jo. Eduardus Moninius, Gallus, in Praef. Beresithiados, et quod magis miror, Marquardus Freherus de Infamia cap. II. p. 256 alibique *Senecam* velut libelli istius Auctorem nominant, cum tamen utriusque stylus ac genius

---

[10]) **Joannis Hildebrandi Withofii Dissertatio I, qua verus et genuinus Auctor Distichorum Dionysii Catonis De Moribus ad Filium detegitur, in ed. Arntzenii a pag. 514—540.**

toto, ut aiunt, coelo inter se differant. Marcus Zuerius Boxhornius[11]) autem peculiari dissertatione hoc agit, ut contra omnem veri speciem probet, Auctorem non modo Christianum sed etiam Barbarum, nescio quem, Monachum, a quibusdam *Tullium,* si modo sine risu memorari possit, ab aliis Ioannem *Clothomium* appellatum. Ita enim ex nugacissima relatione didicerat, quam Auctor quidam glossematum exemplari istius Libelli in membrana exarato adiectorum praefationi inseruerat. Sane dum cornicum oculos configere et plus reliquis hic scire volebat Boxhornius, nimiae festinationis, ne dicam temeritatis et imprudentiae documenta dedit. Manifestum cum Vindiciani testimonium pervertere, loca etiam nonnulla longe alio pertinentia corrumpere voluit, ut suae de Christianismo istius inepti hominis a se nominati ac numquam fortasse nati sententiae servirent. Denique, ut plures alios praetermittam, Io. Casp. Malschius in Praefatione Editionis suae aliquid *Manilianum* se in his Distichis reperisse narrat, h. e. eius modi, quod ostendat, posse *Manilium* illum poetam, Astronomici Auctorem, pro genuino istius Libelli parente non absurde censeri; cum tamen temporis et aetatis ratio manifeste tali sententiae obluctetur, sed Manilius Augusti aetate vixerit, seu (ut Janus Casp. Gevartius in Commentario Papinianarum Lectionum III, 3 censebat) ad Theodosii Imp. tempora detrudendus esse videatur. imo cum ipse etiam Malschius mox agnoscat, Auctorem, quicumque demum fuerit, potius ad aetatem Trajani aut certe Antoninorum tempora referri posse'. — De nugacissima illa relatione audi ipsum Boxhornium p. 356: 'Est penes me vetus liber in membrana exaratus, in cuius praefatione 'Glossematum Autor' de horum Distichorum Scriptore agens meminit cuiusdam *Tullii* et Johannis Clothomii, hominum Christianorum, quorum alibi, quod sciam, mentio non exstat. Postquam de

[11]) Marci Zuerii Boxhornii De Distichis, quae sub Catonis nomine circumferuntur, Dissersatio p. 351—364 in editione Arntzenii. A calumniis et obtrectationibus Boxhornii, qui disticha Catonis, 'obscuri atque inepti hominis foetnm, aestimio suo et loco movere conatus est' auctoremque fuisse Christianum contendit, Catonem vindicavit in libro: Henrici Cannegieteri Rescripta Boxhornio, in ed. Arntzenii inde a pag. 365—512, capitibus XXXIII, eumque ante Constantinum vixisse ostendit.

utroque, Censorio atque Vticensi, egisset Glossator, atque neutrius esse confirmasset, Alii dicunt, inquit, quod Tullius, qui iam erat ad fidem conversus, hoc Opus composuerit; sed quia non audebat fateri nomen Christiani, adsumsit nomen gentilis et fecit se Catonem appellari. Alii vero dicunt, quod quidam vir religiosus ad institutionem humanae vitae opus istud composuit. Quidam dicunt, quod Ioh. *Clothomius* hoc opus conscripserit. Baptista pius Disticha Catonis Ausonio adsignavit, quod strenue ridet Scaliger in Auson. lectt. II, 32' etc. — Ex hoc Clothomio Alii Crisothomum fecerunt, Alii Chrysostomum[12]), cui Disticha tribuerunt, ut Daumius in Praefatione ad Lectorem inquit, 'ut paganismum Autori abiudicarent'.

Omnibus autem illis auctoribus Distichorum subpositis unus est addendus *Serenus Samonicus*, medicus, poeta et philosophus a Caracalla Imp. inter coenantes crudelissime interfectus, teste Spartiano in vita Caracallae cap. IV., quem idem Hildebrandus Withofius in dissertatione priore De vero Distichorum Dionysii Catonis auctore inde a pag. 515—540 editionis Arntzen. tanta fiducia constituere conatus est, ut (sic exit disputatio) 'hanc veritatem in dubium vocare velle, idem esse videatur, ac si quis in mero meridie de Solis fulgore velit ambigere'. Itaque 'existimat p. 539 primitivam et ab ipso horum moralium Distichorum auctore profectam olim inscriptionem talem fuisse:

Q. SERENI SAMONICI
DISTICHA, SIVE CATO DE MORIBVS
AD FILIVM.

Verum quidem est, hunc Ser. Samonicum doctissimum atque eruditissimum virum fuisse, 'cuius libri, teste eodem Spartiano l. l., plurimi ad doctrinam exstant', inter quos Liber de Medicina erat (de quo v. Rob. Keuchenius in Prolegg. ad Samonici Libellum de Medicina, et Jo. Alb. Fabricius Bibl.

[12]) Vide sis Cannegieterum l. l. p. 379: 'De *Clothomio* haec Daumii est coniectura, corruptum id nominis esse ab imperitis librariis ex nomine *Chrysostomi,* quod nonnulli Christianorum etiam huic disticha illa adscripserunt, *opinati,* ut credo, *aureum hunc libellum nulli nisi Chrysostomo suo dignum esse.* Quam Daumii sententiam probatam reperi a Graevio in Praef. Tom. V. Thesauri Antiq. Rom.'

Lat. III, 5), qui ad nos pervenit. Deinde largiri possumus, nonnulla disticha medicum auctorem indicare, ut Praefat. II: Quod si mage — morbos. II, 23: Corporibus — fideli. 29: Fortius — saluti. 31: Sit — salutis. IV, 6: Corpus — ipsum. 14: Auxilium — amicus. 25: Hoc — voluptas. 41: Vulnera — doloris. Porro negari nequit, totam dictionem eiusque speciem adeo ubique sibi similem esse in distichis Catonis atque in Opusculo Sereni Samonici de Medicina, cuius exempla p. 529 capite nono plura sunt adlata; nihil ominus tamen praeter verisimilitudinem quandam nihil concedi posse arbitramur, quia tota opinio nihil est nisi coniectura omni testimonio manuscripto carens. Quae cum ita sint, acquiessere cogimur in Catone auctore, qui in vetustissimo nostro Cod. R Parisiensi n. 2659 CATO PHILOSOPHVS nominatus est, atque in Codice illo, cuius Collatio adservatur in Editione Lugd. Bat. 1628, 8. Bibliothecae Bodleianae, de qua supra diximus. Hic Auctoris titulus servatus est in Caroli Magni vel potius Alcuini Capitul. de non adorandis imagg. III, 26 p. 432 ('ait enim *Philosophus Cato*'). conf. Jo. Sarisberiensis Nug. Curial. VII, 9 et Eulogius Libro Primo Memorialis Sanctorum, qui cum Salomone illum citat et *Catonem Philosophum* appellat. conf. Barth. Adv. XXIV, 4. col. 1178. De CATONE CORDVBENSI, quem Codicis E Parisiensis n. 8320 inscriptio Prologi adfert, quid iudicandum sit, nondum habeo; aliorum enim Codicum exspectamus subsidium.

Sic ab auctore plane incerto iam transeamus ad ipsum *Opusculum eiusque partes*, de quibus pauca verba facienda sunt. Opus, cuius titulus *Disticha de Moribus* sive *Disticha moralia ad Filium* minoris aetatis est quam Codices MSS. nostri, in lemmatibus eorum aut fert inscriptionem: LIBER CATONIS, rarius LIBRI CATONIS, ut YS: INCIPIT PRAEFATIO IN LIBRO CATONIS. H: INCIPIT LIBER CATONIS PRIMVS. Y: INCIP̄ LIB̄ PRIM9 CATONIS. Y(Z): EXPLICIT LIBER CATONIS QVARTVS. et: EXPLICIT LIBER CATONIS (=V). E: PROLOGVS LIBRORVM CATONIS, — aut nude dictus est CATO, ut in H: EXPLICIT CATO HABET VERSVS CCCVI. D: EXPLICIT CATHO, ut mittam

alias inscriptiones in sequioribus membranis, e. c. K: EXPLICIT ETHICA CATHONIS etc.

Duae autem sunt libri partes, prosaica et poetica. Nulla huius diversitatis excogitari potest sana ratio. Vni eidemque auctori utramque adscribere absonum videtur. Prior pars brevem epistolam atque breviores sententias sive praecepta de moribus continet, altera quattuor libros binis versibus heroicis constantes, qui eosdem aut similes aut novos mores commendant. Cur haec duplex ratio in re eadem? Epistola autem ad Filium scripta fertur, libri quattuor cuique lectori (quicumque in Praeff. III, 1 et IV, 1) sunt commendati, quod ex versibus patet, qui Secundo, Tertio et Quarto Libro praemittuntur, dum primum eiusmodi versibus carere miramur. Item miramur, non unam eandemque quattuor libros habere praefationem, sed suam quemque singulos libros eamque satis ineptam. Ex his efficitur, aut formam libri omnino esse neglectam, aut alteram partem ab altera esse separandam. Et prior quidem pars praemissa videtur iam antiquitus a viro docto quopiam, qui recordans *Plinii Praecepta Catonis ad Filium* non solum praecepta Catonis conficeret sed etiam epistolam praemitteret. Prior pars nonnullis Codicibus MSS. atque editionibus saeculi XV. *Parvus Cato*, posterior *magnus* nominabatur, utraque autem iam prioribus saeculis in unam coacta ex manibus librariorum in publicum prodierat. Praefationes metricas librorum II. III. et IV Alii Ausonio tribuunt, Alii huic vel alteri monacho, quod accuratius inquirere operae pretinm non est.

Idem ingenue confitendum est *de aetate Operis eiusque auctoris.* Nam cum ipse Auctor incertus sit, et libri aetas incerta dicenda est. Frustra ergo inquiras, sub cuius Imperatoris regno Cato Philosophus vixerit. Testimonio quidem Vindiciani Comitis Archiatrorum in Epistola ad Valentinianum I Imperatorem probatur, Catonis Disticha ante hunc Imperatorem scripta esse. Aeque Cannegieterus contra Boxhornium, qui Christianum esse voluit auctorem, Constantini Magni saeculo priorem eum demonstravit capp. XVIII. et XIX., inprimis ex III, 12:

Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis,
Nec retinere velis, si coeperit esse molesta.

Scriptum enim, ait p. 436, illud Distichon eo tempore, quo in Imperio Romano et legibus eius licuit uxorem molestam exigere sine ullo incommodo, nisi si quod ex reddenda dote adferebatur, cuius usum fructum percipiebat maritus.' De qua re conf. Heineccius ad L. Iuliam et Papiam II, 19. 'Molesta autem dicitur, quae ob morum vitia et mediocres culpas atque eorum nomine dotem paene omnem repetebat: cuius maiorem partem amittebat ea, quae ob graviores mores matrimonio expellebatur' etc. Sed Catonem nostrum Constantino priorem fuisse, Cannegietero facile credimus ut Barthio Adv. L III, 6, qui eum antiquiorem scriptorem dixit Theodosianis temporibus. Et sic alia existimanda sunt iudicia, ut Scaligeri, qui Auctorem ad Commodi et Severi Imperatorum tempora refert, Malschii (v. Cannegieteri Rescr. c. IV p. 520), qui, ut supra dictum est, Manilium auctorem suspicans, inconstans ab Augusti aevo ad aetatem Traiani aut certe Antoninorum delapsus est, atque Aliorum eiusmodi iudicia minori fide digna. Nam nulla alia re data nisi dictione vel sermone tempus, quo Auctor vixerit, certius definiri nequit. Stilus quidem purus est, perspicuus et castus ipseque scriptor latinissimus laudatur a Laurentio Valla, qui Eleg. IV, 18 'nescio cuius, ait, sed certe inter auctores minutos Latinissimi, et quo mille annis nemo carmen scripsit elegantius'. Quam Auctoris nostri laudem auget Barthius Adv. XXI, 21, a quo tersus vocatur, Latinus, acutus, eruditus, facilis, ita ut gratulandum sit aevo nostro, nomen suum optimum et poetam et sophum recepisse'. Quibus laudibus addenda sunt supra dicta iudicia Petri Pithoei et Josephi Scaligeri, quorum Ille in Praefatione Editionis suae anni 1577 Disticha Catonis ita significat: 'Haec quae plures immerito negligunt, ego tanti facio, ut vix de manibus ponam. Hic autem in Notis ad Disticha p. 39 'Catonis, inquit, moralia Disticha nunc eodem in pretio non sunt, quo apud majores nostros fuerunt, nullam aliam caussam comminisci possum, praeter nostri saeculi fastidium, quod veteres scriptores non solum contemnere, sed etiam damnare solet. Ego vero, quum ad informandos et moribus et Latino

sermone puerorum tenues animos neque meliorem librum neque purius loquentem hac poesi viderem, coepi eadem libertate hodiernorum hominum iudicia contemnere, qua illi bonos scriptores aspernari solent'.

Quae cum ita sint, tam neglecti Catonis apparatum criticum colligere, veteres libros et manuscriptos et typis inpressos conferre, describere, diiudicare atque in usum conferre institui, utpote quam rem nunc doctis atque aequis iudicibus conmendatam velim.

Atqui libellus Catonis nostri a librariis inde a saeculo nono, quantum adhuc innotuit, persaepe multiplicatus usuque multiplici variatus est. Has varietates aut graviores aut leviores, quae frequentius negligentia et socordia ortae sunt quam eruditione aut critico sensu, equidem religiosius hunc in finem notavi, ut, quid verum falsumve esset, ex varietate lectionum sano earum usu accuratius cognosceretur. Quae lectiones tamen saepe sunt duplices, correctae quidem aut a prima aut a secunda itemque vetusta manu, quae vulgo et glossas addidit. Vetusta glossatoris manus etiam varias lectiones in nonnullis codicibus (RS) supraposuit, in aliis (T) lectiones expunxit aut erasit, in aliis denique (SEH) vel mendae occurrunt communes, e. c. II, 27 etc. In uno tantum codice (E) etiam manus multo recentior saeculi XV aut XVI conspicitur, quae textui q. v. vetusto ad marginem notas adspersit. Videmus ergo, alterum librum ex altero et antiquitus et serius fuisse correctum. Minus experto inde magna subinde lectionum incertudo subnascitur, unde larga et emendationum et mutationum copia profecta est. Exstiterunt autem deinceps Viri docti, qui liberius textum q. u. auctoris emendarunt et mutarunt, inter quos Scaliger, Cannegieterus, Withofius, Scriverius atque Arntzenius inprimis nominandi sunt. Plurimi vetustiores codices (RSHYET), qui, ut supra iam dixi, ad eandem familiam pertinent atque ex uno fonte prodiisse videntur, in omnibus fere locis secum faciunt, inter recentiores BDV, ut alios libros mittere liceat. Ex recentioribus paucos tantum adhibui, quia non numerandi sed ponderandi sunt eiusmodi codices.

Dolendum praeterea est, inter primaria emendationis in-

strumenta veterem desiderari Catonis scholiastam, qui ipsa interpretatione haud raro clarissime significet, quid sibi lectum fuerit, id quod Horatio, Persio aliisque poetis gratissime contigisse scimus. Dicendum tamen est, Graecam Planudis versionem, ut de aliis taceamus, Catoni aliquantum profuisse. Atque omnino confitendum est, Catonis disticha maximam partem, nonnullis locis exceptis, satis esse correcta.

Fundamenti veterum codicum manuscriptorum egebamus atque auctoritatis, quae iam a 'diligentissimo fontium exploratore' oblata est. Namque Arntzenii [13]), qui primus quasdam codicum Catonis collationes ab aliis factas publicavit, non tanta est in poetam meritorum magnitudo, ut apparatum criticum dedisse glorietur. Quem ego nunc dedi, is, qualiscumque est, ut lectorum meorum indulgentia aliquantum dignus habeatur, optatissimum est.

[13]) Otto Arntzenius in ampla sua editione (Traj. ad Rh. 1735, 8. ed. alt. auct. Amstelod. 1754, 8) multa coegit, ne dicam compilavit; omnia autem in unum congessit Anonymus quidam (teste Fuhrmanno Handb. d. class. Lit. Vol. III. p. 829 'Koenig von Königsfeld') sub titulo magniloquo et copioso: '*Historia* (?) *critica* (?) *Catoniana*, per singulorum seriem consuetam Dionysii Catonis Distichorum ex ordine deducta. Cui praemittuntur Maximi Planudis metaphrasis graeca, cum castigationibus Joh. Scaligeri in eandem perpetuis; itemque Desid. Erasmi concinna expositio. Adnexa sunt clariss. virorum Barthii, Opitii, Daumii, Wachii, Boxhornii, Cannegieteri, Withofii et Arntzeniorum fratrum animadversiones selectae. Addita quoque ad calcem Distichorum cuique nova paraphrasis. Amstelod. 1759, 8. melius digesta a Chr. Saxio. Traj. ad Rh. 1778, 8. conf. Leipz. Gel. Zeitung. 1761. p. 347—349.

PROLOGVS.

Cum animadverterem, quam plurimos [homines] graviter in via morum errare, succurrendum [errori] opinioni eorum et consulendum fore existimavi, maxime ut gloriose viverent et honorem contingerent. Nunc te, fili carissime, docebo, quo pacto mores tui animi conponas. Igitur praecepta mea ita legito, ut intellegas. Legere enim, et non intellegere neglegere est. Itaque

INCIPIT PROLOGVS LIBRORVM CATONIS CORDVB. cod. E. INCIPIT (INCIP. cod. S.) PREFATIO (PRAEFATI cod. S) IN LIBRO CATONIS codd. YS.

2 Cum anima adv. Rawl. 60. Cum adv. Turic. *quam* om. Vniv. homines om. ES Vniv. Cant. Turic. a m. 2. adscr. Leid. I. 3 graviter in via morum errare succ., Alii, ut Coll. Voss. transponunt: gr. in via errare morum., Alii, ut V Rawl. 59 Membr. Bas. graviter errare in v. m. *Via* et *iter* (Juv. VII, 172. Auson. Edyll. XV, 1: vitae iter) pro: modus, ratio. Pro *graviter* Arntzen. existimavit scribendum *gravate*, vel in eum sensum pro *gravatim* exponendum. Sed neque illa mutatio neque haec *graviter* vocis potestas hic placet; *graviter* enim est *valde* Cic. ad Div. XIV, 19. Nep. Eum. 14, *vehementer* Cic. Acad. IV, 32, *longe* Ter. Ad. I, 1, 40. Planudes: *ὁδοῦ παρατρέπονται.* Scaliger: *δεινῶς σφάλλονταί.* 4 succ. (om. errare) opinioni eorum et consulendum fore exist. ES Vniv. Cant. Ven. 93 (om. fore). morum exist. fore succ. opinioni (opp. D) eorum max. DK. succ. et con*cili*endum opp. eorum fore exist. X. succ. et consul. eorum fore exist. Rawl. 59 M (forte) 328 Membr. Caxt. 83. op. eorum (om. exist.) max. ut (om. glor.) viv. Digb. exist. fore succ. *vel* cons. op. eorum maxime B. 7. Nunc te ESKD Vniv. Cant. M Rawl. 60 Caxt. Membr. Bas. Ven. 93 Arntzen, Al. Hinc te. Nunc te om. SV. O fili car. ego docebo te nunc quo E. *k*arissime DXK (k̄m̄e) Rawl. 59 (kīm̄e) *ch*art. Ven. 93. animi tui Rawl. 59. 9. *Igitur* EBDK Caxt. 83. Al. *iugiter.* Hoc adv. Ausonio, Apuleio et Prudentio usitatum propter v. *ita* non quadrat.' *Igitur* recte, conf. Quintil. I, 5, 39. praec. mea ESVM Digb. Vniv. Membr. Ven. 93. Al. mea praec. ita legito SBV Vniv.

1. Deo supplica.
2. Parentes ama.
3. Cognatos cole.
4. Datum serva.
5. Foro pare.
6. Cum bonis ambula.

Rawl. 60. Caxt. 83. Ven. 93. legas ita ut X. legito ut EX Digb. 328. Al. legas ut (om. ita). 12. neglegere E Rawl. 59. Legere enim et non int. negl. est om. 328. Ideoque V. Namque M. rell. itaque, quod Scriverius Prologo s. Praefationi recte adnectit, non primo praecepto, ut Planudes (*καὶ δῆτα*) aliique inter quos Arntzen. *In primis* substituerunt Editt. et Cord. contra fidem MSS. et Pulm. in margine.

Hic praeceptorum ordo constitutus est auctoritate codicum SY. Cod. E etiam 56 praecepta habet, quorum quinque priora et undecim extrema eadem sunt atque in SY. Magna eorum in codicibus est numeri atque ordinis diversitas. D habet 25 tantum praecepta, quorum ultimum hoc: aleas fuge Digb. exit cum 53: minime iudica, M cum 33: bonis benefacito, 327 cum 50: libenter amorem ferto, V habet 60, quorum ultimum est hoc: istud stude agere, quod iustum est. Cum eodem exit Ven. 93, quae 52 habet. Alqui omnes notare varietates et alienum est et supervacuum. Arntzenius secutus Wachium et Graecas versiones 56 praecepta posuit, alio tamen ordine: IV=II. V—XI=4—10. XII: minori parce, ut Scriver. ed. Amst. 1648 n. 13. XIII=13. XIV=12. XV=14. XVI=26. XVII=27. XVIII=15. XIX =29. XX=30. XXI=31. XXII (mut. da*to*) =16. XXIII=17. XXIV=32. XXV=33. XXVI=19 (convivare raro). XXVII=19. XXVIII=21. XXIX=22 (vino *te* temp.). XXX=23. XXXI=24. XXXII=40 (tu te). XXXIII=25. XXXIV=38. XXXV=44. XXXVI=39 (bo*nis* benef.). XXXVII=41. XXXVIII =42. XXXIX=43. XL=14 (patientia). XLI=50 (mem. esto). XLII=52 (irridere). XLIII=34. XLIV=35 (utere virt.). XLV—XLVIII=45—48. XLIX=47. L=54 (ali*enum* c. n.). LI=20. LII=28. LIII=49. LIV=51. LV—LVI=55—56. — Ed. 1648 Scriverii habet 49 praecepta, inter quae tria (14. 26. 27.) — diligentiam adhibe; libros lege; quod legeris memento — in unum contracta sunt.

1. Planudes: *θεῷ λάτρευε*. Scaliger: *θεῷ εὔχου*. 3. Planudes: *προσήκοντας*. Scaliger: *συγγενεῖς*. 4. Erasmus: Quod tuae creditum est fidei, id serva veluti depositum. Planudes: *τὸ πιστευθέν σοι τήρει*. Scaliger: *τὸ δοθὲν τήρει*. 5. foro pare i. obedi iudicibus (Malscius in Praef. explicat: pare magistratibus in foro iudicia exercentibus eorumque iussis) S Coll. Voss. Edd. Pith. Arntzen. Pare foro Ven. 93. foro *para* YE Turic. Leidd. I et II. foro *te para* DM 328 Pr. Cannegieter cap. XXII. Planudes: *σαυτὸν τῷ βουλευτερίῳ δεξιὸν πάρεργε*. Erasmus: Legi in quibusdam vetustiss. codd. *Foro pare* i. accommoda te rebus praesentibus, quemadmodum dicimus: *uti foro*. cum hoc interpraetamento consentit Graecus Planudes, neque dubium est, quin haec sit germana lectio. Scaliger: i. se-

7. Antequam voceris, ne accesseris.
8. Mundus esto.
9. Saluta libenter.
10. Maiori concede.
11. Magistrum metue.
12. Verecundiam serva.
13. Rem tuam custodi.
14. Diligentiam adhibe.
15. Familiam cura.
16. Mutuum da.
17. Cui des, videto.
18. Conviva raro.
19. Quod satis est, dormi.
20. Coniugem ama.
21. Iusiurandum serva.
22. Vino tempera.
23. Pugna pro patria.
24. Nihil temere credideris.

cundum annonam fori utere commercio; aut secundum campsorum et trapezitarum institutam negotiationem ita rem tuam gere, et illis legibus pare. Foro te par*ans* cum bonis ambula 1648. 7. Antequam voceris ne accesseris Y. *Ad nequam* ne accesseris S. Antequam voceris *ad consilium* ne acc. D. Digb. Daum. Arntzen. Ad consilium ne acc. antequam voceris. Edd. Aug. Vind. Tremon. Euchar. Flor. Paris. Scriver. Erasm. Gryph. Pulm. 1648. Ne acc. ad consilium, *donec* voceris. Ven. 93. 8. Mundus esto om. Leid. I. 9. Saluta lib. om. Turic. 10. Maiori *con*cede SYE Leidd. I. II. Turic. Coll. Voss. Planudes: *Τῷ μείζονι* (Scaliger *χρείττονι*) *ὑπεξίσταασο.* Cede locum maiori Ven. 93. Flor. maiori cede D Erasm. Wach. Arntzen., conf. IV, 39: cede potenti. Post praeceptum 10 legitur *Minori parce* in nonnullis libris, apud Arntzen. sub n. XII, sed non conspicitur in meis codd. neque in Leidd. I. II. Turic. neque in Edd. Aug. Vind. Trem. Paris. 13. Custodi rem tuam Ven. 93. 14. a*d*ibe S. 16. Da mutuum. cui des videto Ven. 93. Mutuum *dato,* cui des videto Scriver. Euchar. Pulm. 18. Convi*vare* raro. 'Edd. Aug. Vind. Trem. Paris. Euchar. Chouet. Pulm'. Arntzen. raro convivar*e* Ven. 93. Flor. Conviva raro SYED Leidd. I. II. Coll. Voss. (convi*via*). 22. Vino tempera SYE Leid. I Turic. recte. vino Liv. XXXX, 14. lacrimis Liv. XXX, 20 etc. Vino *te* tempera DV 328 Coll. Voss. Edd. Aug. Vind. Trem. Paris. Euch. Chouet. Flor. Pulm. Scriver. Scaliger. Planudes: *Οἴνῳ σεαυτὸν κεράννυε.* Scaliger: *Οἰνοφλυγίας ἀπέχου.* Te vino temp. Ven. 93. 24. Nil E. Leid. I. et plurimae Edd. *De stulta credulitate* v. Phaedr. II, 1, 29 et III, 10.

25. Meretricem fuge.
26. Libros lege.
27. Quae legeris, memento.
28. Liberos erudi.
29. Blandus esto.
30. Irasci ab re noli.
31. Neminem riseris.
32. In iudicium adesto.
33. Ad praetorium stato.
34. Consultus esto.
35. Virtute utere.

25. Meretricem fuge SY Leid. II. om. Turic. Fuge meretricem Leid. I. Fuge meretric*es* Ven. 93. meretric*es* fuge Flor. 26. Libros lege SED. om. Y Turic. lege libros Ven. 93. Flor. 27. *Quae* leg. mem. SY (Que). *Quos* leg. mem. M. *Quod* leg. mem. EDM 328. Mem. *quae* leg. Ven. 93. Qu*od* plurimae edd. tuentur, *quos* pauciores. 28. Erudi liberos Ven. 93. erud*e* M. Planudes: *παίδευε*. Scaliger *παιδεύου* 'quia parentum est *παιδεύεσθαι*, paedagogorum *παιδεύειν*. 29. Blandus esto. Planudes: *Ἤπιος ἔσο*. Scaliger: *Αἱμύλιος ἴσθι*. *χρηστόλογος* Aurel. Vict. Epit. XVIII, 5. *affabilis* esto Pulm. et Cord. in margine. affabilis et blandus Nep. Alcib. I, 3. conf. Cic. Off. II, 10. Ovid. F. III, 19. 30. Irasci ab re noli YS (1. m. corr. ex ob re////) E 328. Iras*cere ob rem* noli Leid. II Turic. Noli ab re irasci Ven. 93. ir. *absque* re noli Digb. D. ir. *abs* re noli edd. Trem. et Boill. et 1648. 31. Nem. riseris S Turic. conf. praeceptum 52: Miserum noli *ridere*. Nem. *iriseris* Y. *irr*iseris E Digb. Leid. I. Coll. Voss. multaeque editiones. Erasmus refert quosdam codices habere *Miserum ne irriseris*, Arntzen. Aug. Vind. et Pulm. in margine. Hi libri om. praec. 52. 32. *In iudicium adesto* SY Leid. II Coll. Voss. Ed. Amst. 1646. Iudicium adesto E (2 m. suprap. *In*) D. Adesto iudic*io* Ven. 91. Iudicio adesto Aug. Vind. (iudi*t*io) Trem. Paris. Euchar. Chouet. Flor. Erasm. Gryph Cord. Cruc. Pulm. et Scriver. *Ad* iudicium esto 328. *In* iudicio adesto Erasmus explicans: Adsunt Advocati, et id olim erat officium praecipuum in amicos, adesse in iudiciis'. Aliter Planudes: *Εἰς δίκην προχληθεὶς πάριθι*. Scaliger: *Εἰς τὴν δίκην ἀπάντα*. Sensus: Adesto in iudiciis, non ut ipse causas agas, sed ut audias oratores. Arntzen haec tantum refert ad disceptationes forenses, tam audiendas quam agendas, quae in Vrbe fiebant, *ad Praetorium stato* autem ad eas, quae habebantur in Provinciis. Scriver: Ad praetorium *stans* conviciari cave. 34. Consultus esto SYEDV Digb. 328 et Codd. Arntzenii atque Edd. omnes. Planudes: *σύμβουλος*. Scaliger: *ἔμφρων*. om. M Turic. Consultus i. e. iurisconsultus. Erasmus: i. ''eas scientiam et morem iuris, ut possis amicis opitulari'. 35. Virtute SYED Leidd. I. II. Turic. Ed. Boill. Vtere *tua* virtute Scriver.

36. Trocho lude.
37. Aleam fuge.
38. Litteras disce.
39. Bono benefacito.
40. Tute consule.
41. Maledicus ne esto.
42. Existimationem retine.
43. Aequum iudica.
44. Nihil mentire.
45. Iracundiam tempera vel rege.

Vtere virtute Arntzen., cui virtus hic est facultas, industria, potentia, Gr. *δύναμις*. Virtus modo non est v. militaris Cic. Manil. 22. Caes. B. G. I, 2, neque v. oratoria in iudiciis Cic. Brut. 17. Quintil. IX, 1: dicendi virtus, sed virtus ingenii, virtus et probitas. Cic. ad Div. XIII, 28, recta adfectio Cic. Tusc. II, 18. Lege Cic. Inv. II, 53: 'Virtus est animi habitus naturae modo rationi consentaneus, quo temeritati atque adrogantiae resistimus. 36. Trocho lude SY Ven. 93. Arntzen. aliique. Tro*co* lude D 328 Digb. *choro* lude E. Scaliger: *Τροχῷ παῖζε*. Planudes: *Σφαίραις ἄθυρε* i. pilis lude. male, ait Scaliger: tam pilae lusus a trochi lusu differt, quam pila et trochus, hoc est, quam globus et circulus. *Trochus* erat circulus, aereus magnus, cui annuli multi inserti erant, ut eorum strepitu obvii trochis cederent de via'. Aug. Vind. habet *thr*ocho, Flor. Lude trocho. 37. *Aleam fuge* SYE Leidd. I. II. Turic. Arntzen. Ale*as* fuge DV 328 Digb. omnes fere Edd. Aleae lusus infamis. conf. Isidor. Origg. XVIII, 64. Sueton. Claud. V, 3. Horat. C. III, 24. Torrent. 38. Litteras disce SYEV 328. Disce litteras Ven. 93. Disce li*t*eras Flor. praeceptum om. Turic. 39. Bono benef. SYED Leid. II. Turic. Ed. Paris. Bon*is* benef. M Digb. Leid. I. Coll. Voss. atque omnes fere Edd. (Arntzen.). Benef. bonis Ven. 93. 40. Tu*te* consule SYEDV 328 Leidd. I. II. Ven. 93 Flor. Planudes: *Ἀσφαλῶς βουλεύου*. Scaliger: *βουλὴν ἀνατίθου ἑαυτῷ*. Tu*to* conf. Aug. Vind. Paris. Scaliger dicit, multos codices hanc lectionem retinere, sed scriptorum meliorem partem habere *Tu te* conf. (Coll. Voss. Turic. Arntzen.). *Tute* ego accipio pro *tu* ut Praef. II, 4: tute utare. conf. Cic. Attic. I, 19. III, 12. Verr. II, 5. ad Div. I, 18. IV, 5. Terent. Eun. V, 2, 54. Phorm. II, 2, 4. 42. *Ae*stimationem Ven. 93. re ll. Existimationem i. famam, bonam famam. 43. Aequum i. non ad lucrum aut ad gratiam sed ad regulam aequitatis. Erasmus. 44. *Nihil mentire* plurimi codices praeter Turic. qui om. et 328 qui habet *Nil* mentire, ut Ven. 93. Flor. et Boill. nil men*tire debes* Trem. Euchar. Chouet. al. nil men*tiri* debes Erasm. Gryph. Cruc. nil mentiri *velis* Cord. *Nec quicquam* mentiare Aug. Vind. *Noli mentiri* Scriver. 45. Irac. temp. vel rege SY Leid. II. Irac. temp. *ac* rege Leid. I. Irac. tempera (om. vel rege) EV Digb. 328 omnesque fere Edd. (Arntzen.). 'Ante monuit, non esse irascendum sine causa, nunc ad-

46. Parentem patienter vince.
47. Minorem ne contempseris.
48. Nihil arbitrii virium feceris.
49. Patere legem, quam ipse tuleris.
50. Beneficii accepti esto memor.
51. Pauca in convivio loquere.
52. Miserum noli ridere.
53. Minime iudica.
54. Alienum noli concupisci.
55. Illud stude agere, quod iustum est.

monet, iustam etiam iram moderandam esse'. Erasmus. 46. Parentem patienter vince SYE (pac.) Leid. I. Turic. Paren*tes* pat. vince V (pac.) 328 Wach. Boill. Paren*tes* patien*tia* vince Coll. Voss. Editt. Trem. Euchar. Paris. Chouet. Flor. Pulm. Scriver. Arntzen. praeceptum om. D Digb. 47. Min. ne contempseris SYE Leidd. I. II. Coll. Voss. et Paris. Ne cont. min. D Digb. minorem *te ne* contemps. V Edd. Aug. Vind. Trem. Chouet. Flor. Euch. Erasm. Cord. Cruc. Scriver. Ven. 93. Min. ne con*temse*ris Arntzen. seq. Cellar. de Orthogr. Lat. 22 et 23. 48. Nihil arbitrii v. f. SYE Leid. II. Coll. Voss. Turic. *Nihil* arbitr*io* v. f. Leid. I. et Ed. Paris. Arntzen. et al. ut Daum. *Nil* arbitr*io* v. f. V Ven. 93. Flor. Nihil *ex* arbitrio v. f. Aug. Vind. Euchar. Trem. Chouet. Plum. Fran. Erasm. Cord. Cruc. et Scriver. *Nihil arbitrio* v. f. 'Non improbamus. Sed Latinitas postulabat arbitr*ii*, non arbitr*io*. Itaque non mirum, si neque eleganter neque apposite ad mentem Gnomologi haec vertit Planudes'. Scaliger. Planudes: *τῇ τῆς ἰσχύος κρίσει.* Scaliger: *τῃ τῆς ἰσχύος χωβεία.* 49. Patere leg. q. ipse tuleris SE 328 Leid. I. Coll. Voss. Edd. Aug. Vind. Paris. Euch. Trem. Chouet. Pulm. al. (Arntzen.). Patere legem q. *tu* ipse tul. Ven. 93. Flor. Boill. Pa*ti* leg. q. *tuleris ipse* Y. Pa*ti* l q. i. tul. Leid. II. Turic. Lectio Scriverii: Pa*reto* le*gi* q. i. tul. ex loco Ausonii orta videtur *Pareto legi, quisque legem sanxeris.* 50. Benef. acc. memor esto V Arntzen. Scriver. Acc. benef. mem. esto Ven. 93. Flor. Benef. acc. esto memor SYED Leid. II. praec. om. D Digb. 51. Pauca convivio loquere (om. *in*) S. 52. Mis. noli ridere SY Leid. II. Turic. Ed. Paris. conf. 31. Mis. no. *ir*ridere E V D Digb. 328 Leid. I. Coll. Voss. Ven. 93. Flor. Scaliger. Erasm. Scriver. Daum. Arntzen. Mis. *ne irriseris* Aug. Vind. Euch. al. Mis. *ne contempseris* Chouet. 53. Minime iudica SYE D 328 Ven. 93. om. V atque inter Edd. Scriver. Daum. Arntzen. 54. Alien*um* noli concupi*sci*. SY Leid. II. Turic. Alien*um* noli concupis*cere* E D 328. Boill. Alie*na* concupis*cere* noli Leid. I. Coll. Voss. Edd. Paris. Euchar. Trem. Chouet. Flor. Pulm. Fran. Scriver. Daum. Arntzen. Aliena noli concupiscere Aug. Vind. 55. Illud stude agere quod iustum est YEDV Leidd. I. II. Coll. Voss. Edd. Paris. Pulm. Fran. Arntzen. Illud om. Flor.

56. Libenter amorem ferto.

Illud *aggredere* q. iust. est S. Illud stude agere quod *bonum* est Ven. 93. agere om. Euchar. Trem. Chouet. Erasm. Gryph. Cord. *Istud* stude /////// adeo q. i. est. 328. Multo liberius Scriver: *Istud* quod iustum est, *libenter ama.* 56. *Lib. amorem ferto* omn. codd. et plurimae edd. *Am. lib. ferto* aliae transponunt, aliae, ut Daum., *lib. f. am.* *Amorem ferto* Turic., om. *libenter.* Totum praec. om. Scriver. Planudes: *Ἀσπασίως φιλίαν φέρε.* Scaliger: *τὸν ἔρωτα εὖ διένεγκε.*

CATONIS PHILOSOPHI LIBRI QVATTVOR.

LIBER PRIMVS.

(Disticha 40.)

1. Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Hic tibi praecipue sit pura mente colendus.

INCIPIT LIBER PRIMVS R(rubr.). EXPLICIT. INCIPIT LIBER PRIMVS S. INCIPIT LIBER CATONIS PRIMVS H. Incipit pars prima metricalis Pr.

1. Hoc praeceptum sic tuentur codd. omnes et edd. Vna Flor. distinguit nobis, ut c. d., ut iam Io. Fidler coniecit, teste Arntzenio. Sensus: Deus est mens, pura mens, ergo non puris solum manibus (Plaut. Amph. V, 1, 41. Ovid. M. IX, 703) sed pura mente colendus. Quod Opitius disticho inclusit:

Quod si pura Deus mens est, ut carmina dicunt,
Ille tibi pura mente colendus erit.

Planudes: *Εἰ ὁ θεὸς νόος ἔσθ', ὡς τῶ λογίων πυθόμεσθα,*
Καὶ καθαρῷ νοΐ τόνδε σέβου περιώσια πάντων.

Cum articulus in nomine Dei otiosus sit, Scaliger v. 1 ita reddit: *Εἴ θεὸς ἔστι νοῦς ὡς θέσφατα φησὶ παλαίων*, et contra duo extrema verba sic disputat: ʻQuasi Gnomologus intellexerit, Deum *supra omnia* colendum: quod est ineptissimum. Neque hoc voluit Auctor: sed quia mens est Deus, mente colendum esse: quae est omnino Domini nostri Servatoris sententia (Joh. IV, 24): *Πνεῦμα ὁ θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν.* Itaque Planudi imposuit commutatio vocum *animi* et *mentis*, quae pro eodem posuit Auctor, quum, meo iudicio, clarius ita dixisset:

Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt,
Ergo animi pura tibi sit quoque mente colendus.

Sed monostichi erat sententia, non distichi:

2. Plus vigila semper: ne somno deditus esto;
Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat.
3. Virtutem primam esse puto, conpescere linguam:
Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere.

Si Deus est animus, animi sit mente colendus. Mens animi Plauto et Catullo, pro animo, aut pro mente'. Similes sententiae apud antiquos sunt frequentiores, ut Cic. N. D. 25: Cultus autem Deorum est optimus idemque castissimus atque sanctissimus plenissimusque pietatis, ut eos semper pura, integra, incorrupta ét mente et voce veneremur. Plin. Paneg. Trai. III, 5: Animadverto enim, etiam Deos ipsos non tam accuratis adorantium precibus quam innocentia et sanctitate laetari gratioremque existimari, qui delubris eorum castamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit. conf. Persius II, 73. 74 etc. *Si* est quia, quandoquidem. *ut nobis* Bas. Ven. 91. Carmina ᾄσματα καὶ ᾀδόμενα, dicta poetarum, ut Orphei, et philosophorum, sententiae breves ad morum vitaeque institutionem pertinentes, ut fuit Catonis Carmen de moribus, Appii Caeci Carmen al. *carmina* i. sapientum auctoritates gl. B. *tibi* i. non pontificibus sacerdotibusque et mulieribus neque patri (Ter. Adelph. IV, 5, 69) neque matri Cic. ep. XIV, 4. praecipu*ae* Leid. II. p*recipuae* Turic.

2. *ne* SXBKMF Rawl. 59. Pr. Caxt. 861. 83. Ven. 93. Bas. Ital. *nec* rell. et Leidd. I. II. Coll. Voss. Aug. Vind. Euch. Trem. Pulm. Paris. Flor. Fran. Scriver. Daum. (Arntzen) conf. I, 17 de v. ne et nec. Vtrumque ferri potest. 'Ne non pessime editum est, ut Arntzen iudicat, sed mihi ideo hic praeferendum videtur, quod idem praeceptum negative et separatim dictum est, quod priore versus parte recto consilio pronuntiatum erat; aliquantum fortius hoc sentio atque elegantius', somno codd. vett. ut RYSHE, so*mpno* recc. ut BKMX etc. somno deditus, ut Aurel. Vict. XXXIII, 1: multi mortales dediti ventri ac somno. *deditus* usurpatur in re mala et bona. libidini Cic. Fin. II, 20. desidiae Cic. Orat. 43. doctrinae Cic. Cff. I, 21. studio litterarum Cic. Orat. I, 3 etc. Gul. Brit. Lib. XII. Phil. v. 362:

Ne vitiis alimenta quies diuturna ministret.

Erasmus sic exponit sensum: 'Cum vita vigila sit, iuxta Plinium cavendum est, ne maximam vitae partem somno perdamus, praesertim cum e somnolentia vitia multa nascantur et corporis et animi'.

3. *primam* i. primariam. Hor. E. I, 1, 41. sapientia prima Hor. S. I, 6, 83: Qui primus virtutis honos. pu*to* RHSYETVBK (puto esse M Membr. primam puto om. esse Pr. Ital. Bas. cum glossa: supple *esse*). Planudes: *οἶμαι.* rell. pu*ta.* Scaliger: *ἡγοῦ,* addens: Imposuit Planudi vitiosus codex; nam sententiae concipiuntur imperative, non prima persona'. Sed optimorum vett. codicum lectio defendi potest auctoritate paterna. *conpescere* i. continere, translatum a pastoribus, qui pecus pascuis continent. lin*gam* BX. *deo qui,* om. *est,* 328 M Rawl. 59. Caxt. 861. Bas. Erasm. Gryph. Cruc. al. Similis sententia ap. Claudian. Paneg. Manl. Theodor. v. 326: Dis proximus ille est, quem ratio, non ira movet. Just. VIII, 2, 7 etc. ra*tione* Planudes: *σὺν*

4. Sperne repugnando tibi tu contrarius esse:
Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse.
5. Si vitam inspicias hominum, si denique mores,
Ne culpes alios: nemo sine crimine vivit.
6. Quae nocitura tenes, quamvis sint cara, relinque;
Vtilitas opibus praeponi tempore debet.
7. Constans et lenis, ut res expostulat, esto:
Temporibus mores sapiens sine crimine mutat.

λόγῳ. Scaliger: *χαίρια. scit.* ut IV, 22, *sit* X Membr. Caxt. 83. *ratione* pro *cum* ratione, prudenter, ut Cic. Att. XII, 44. Off. II, 12. Juv. X. 4. sic *tempore* pro *in tempore* Ovid. Her. IV, 109. *studio* pro cum studio, studiose Ovid. Tr. III, 4, 41.

4. *Sperne* i. noli Spernere Leid. I. Turic. *tibi tu* (tibi tū=tum Membr.) ut mihi me Ter. Adelph. IV, 4, 6. tua te, me mea, tu tuum, sua sibi, nostra nos, nostra nobiscum etc. contr. *esto* Ital. *de*sidet D 328 Leid. I. Caxt. 83. Ven. 91. dissidet 2 m. *dess*idet Digb. (18 de*ss*istere). di*sc*idet M. ipse libri, non ip*so*, quod Barth. Adv. XXIV, 4 voluit atque Almelovenius, sed conf. I, 17. II, 16. Praef. III, 4 aliaque multa exempla apud Cic. Sen. et Ter. Conveniet*ne ulli* scriptum in margine a Viro docto aliquo apud Graev. ad Cic. Epp. Fam. III, 4.

5. *Cum* cul*pant* RTX Pr. Venn. 91 et 93. Leidd. I. II. Coll. Voss. Turic. Arntzen. Withof p. 542. Cum culpant *omnes* (casu primo) Cannegieter. cap. XXIX. *Cum* culp*ent,* teste Arntzenio, 'Aug. Vind. Euch. Paris. Pulm. Trem. Fran. Erasm. Gryph. Cruc. et quaedam posteriores'. Adde Planudem: *χᾆν μέμφοιντό πρε ἄλλους.* Scaliger: *χῆν αὐτοὶ μωμῶντ' ἄλλους* et Barth. Adv. XXIV, 4. *cum* cul*pas* Digb. 328. *cum* culp*es* BVK Daum. Pith. *Non* culp*es* Membr. rell. *Ne* culp*es*, ut Scriver. *Quid* culpas coniec. V. D. ap. Arntzen. *Nemo sine or. vivit.* conf. Simonides ap. Stob. CCLI Edit. Ges.: *ἄμωμος οὔτις.* Catull. XXII, 20: Suus cuique attributus est error. Petron. p. 922: Nemo nostrum non peccat etc.

6. *tempore* ut Hor. S. I, 5, 47 pro *in tempore.* Ter. Phorm. II, 4, 24. Heaut. II, 3, 123. Andr. IV, 4, 19. Flor. III, 3, 14 etc. conf. I, 3: ratione.

7. Constans et le*nis* SYHEBKVX Digb. 328 B Ven. 91 et 93. Bas. Ital. etc. Constans///lenis R cum rasura et cum glossis: blandus, suavis. B habet glossam: in prosperitate non elatus. non in adversitate depressus. vel constans in iudicio et *lenis* in patiendo. C: lenis i. mittis (l. mi*t*is) et patiens et misericors miseris et afflictis piis et iustis. *Constans* et le*vis* DFM Membr. Caxt. 83 et 861. Commutatio vocum le*n*is et le*v*is, leniter et levier, lenitas et levitas est frequentior. Erasmus: '*Constans et lenis.* Pro tempore licet alios atque alios mores sumere, ut modo *gravis* sis, modo *lenis*, hoc est, *placitus ac remissus*, pro vi proque loco. Vide, num legendum sit le*vis* pro le*nis*, quod magis respondet ad *constans*, ut sit sensus: Aliquando persistendum in sententia, aliquando mutandum consilium pro

8. Nil temere uxori de servis crede querenti:
Saepe etenim mulier, quem coniunx diligit, odit.
9. Cum moneas aliquem, nec se velit ille moneri,
Si tibi sit carus, noli desistere coeptis.

tempore. Porro versus constabit, si legas: Constans *et levis*, ut res *cumque* expostulat, esto. Neque dubitem affirmare hanc germanam esse lectionem: tametsi Planudes priorem sequitur sententiam, quippe qui vertit in hunc modum: Severus esto ac placidus, prout res postulant'. Planudes: *Ἐμβριθὴς ἔσο καὶ πραΰς, ὥςγε τὰ πράγματα ἀπαιτεῖ*- Scaliger: 'Ὡς λόγος αἱρῆται, σεμνὸς γενοῦ, ἠδὲ προσηνής etc. Daumius: 'Erasmus et Goldastus ad Columban. p. 118 legunt *levis*, ut et Ascensius. Sed expositioni eius syllabae modulus repugnat, nisi *levis*, *lubricus* capiatur, λεῖος. *Constans est pertinax ac rigidus*. v. Gerard. Vossium p. 105 ad Vell. Paterc. Arntzen. refert: 'Nihil iterum mutant Codd. et Editt.' Propter caesuram proposuit Withof. p. 542: Const. et lenis, *sicut* res postulat, esto. 'Verbum *expostulat* parum convenit huic loco, cum *postulat* magis Latine dicendum fuisset, ut Auctor fecit alibi II, 5: *cum tempus postulat aut res*; item II, 8. IV, 2: *quod postulat usus*. Huic laudabili coniecturae addenda est emendatio Scriveri quam recepit in ed. 1648: *Et levis et constans*, ut res expostulat, esto, quae per duplicatam particulam *et* atque per meliorem oppositionem vocum *constans* et *levis* valde se commendat. *ceu* pro *ut* ed. Ven. 93. Wach. et Burmann. ad Rutil. Itin. I, 589.

8. Nihil Leid. II. *mulier* παράκοιτις Planudes, σύλλεκτρος Scaliger: quem *coniunx* diligit ὃν ἀνὴρ φίλατο Scaliger. τὸ πόσις φιλέει Planudes, a masculino qui ad neutrum transiit. coni*unx* RTBC Pr. Membr. Ven. 91. Caxt. 861. Leid. III. Aug. Vind. Euchar. Paris. Trem. Chouet. Fran. Erasm. Gryph. Boill. Cord. Cruc. al. conf. IV, 47. Nunc de femina Cic. Catil. IV, 9. Ovid. M. X, 437. Verg. III, 317, nunc de viro Ovid. P. III, 1, 106. Aen. VI, 473 usurpatur.

9. *Cum* mone*as* SV Pr. Ital. Cum moneā H 1. m. Plurimi libri et MSS. et Edd. habent Cum*que* mon*es* RHYETDXBFK M Digb. 328. Membr. Caxt. 83. Arntzen. cum omnibus suis MSS. et Edd. Euch. Paris. Pulm. Trem. Chouet. Flor. Boill. Cruc. *Quumque* Aug. Vind. Ven. 93. *Cun*que Bas. Ven. 91. Erasm. Gryph. *Si* moneas Cord. Pulm. *Quando* mones Scaliger cum 'quibusdam Codd.', quem secutus est Scriverius, qui tamen ad Martial. Epigr. LXI p. 203 *Quumque* tuetur exponens id per *Quum*. 'Hanc autem perversam Codd. nonnullorum (?) lectionem, inquit Arntzen., pulcra, si Dis placet, ratione defendit Malchius in sua Praef. *Manifesta*, inquit, *ratione, cum neque usquam alibi duo invicem Disticha connexuerit noster, et in fine testetur, sese binos iunxisse, non quaternos*'. Manifeste scilicet mala ratione, cum acceperit *cumque* pro *cum*, non pro *quandocumque*, ut Arntzen. fecit cum Torrentio ad Hor. C. I, 32, 15, postquam coniecturam suam *Quisque mones* abiecerat, dictum pro *Quicumque*, quod ipse falsum iudicat dicens: 'cum Auctor noster nusquam ita loquatur, ut ad quoscumque,

10. Contra verbosos noli contendere verbis:
Sermo datur cunctis, animi sapientia paucis.
11. Dilige sic alios, ut sis tibi carus amicus:
Sic bonus esto bonis, ne te mala damna sequantur.
12. Rumores fuge, ne incipias novus auctor haberi;
Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.
13. Spem tibi promissi certam promittere noli:
Rara fides ideo est, quia multi multa loquuntur.

sed tantum ad filium sermonem suum dirigat'. *ne se* DMembr. ne T(*ne* in *nec* mut. man. glossatoris). *ille* RHB Pr. ille Y. Leidd. I. II. Col. Voss. Turic. rell. *ipse*. moveri Membr. Caxt. 861. mo////eri Y 1. m. corr. *se* om. Leid. III. Nec *te* velis Vet. Reg. ceptis BDX Membr. Ven. 91. et Turic. *septis* M. *coeptis* i. monitis R. *charus* Ven. 91.

10. verbo*sum* Leid. I. uerbos*us* Turic. Pro *verbis* Arntzen. voluit *uerus* 'i. ueridicus i. tametsi vera dicas veramque causam habeas'. Sed *noli contendere verbis* infra II, 11 i. altercari; atqui post huius fere poenituit coniecturae. Sermo datur *multis* ad. marg. libri, teste Arntzenio. *Sermo* est *oratio humilis et depressa,* ut exponit, teste Arntzenio, Scholiastes (quidam ?) Horatii S. I, 1.

11. *carus amicus* ut Hor. C. IV, 9, 51: *caris amicis*. Inepta est lectio ad marg. libri apud Arntzenium: — alios, ne sis tibi carus, amic*os*. infestum inimicum Salust. XIX, 1 in Catil. ma*le damna* Vir Doctus coniecit ap. Arntzen. p. 73 i. infeliciter. *bonus* i. *largus* ut I, 25. da*mpna* EBD Caxt. 861. 83 et Turic. ne//// te Turic. cum rasura. *nec* te Arntzenio 'non valde displicet, certe commodum reddit sensum'.

12. Rumor*es* omnes codd. mei et edd. Rumor*em* vet. Chart. Coll. Voss. Leid. II. Arntzen. Rumor*is* amicus Arntzenii voluit construens: novus auctor rumoris. Planudes *rumores* reddit per θρύλλος, Scaliger per θρύλλους νέους. Pluralis praeferendus hic est. conf. Cic. Att. XVI, 12: varii rumores multique quos cuperem veros. ad Div. XII, 9: nihil ad nos perfertur nisi rumores. Caes. B. G. IV, 5: his rumoribus atque auditionibus. conf. B. C. I, 60. Sensus: Noli dispergere adversos rumores sermone, nam (Pamphil. XIII, 9) *fama, quamvis mentitur, crescit eundo*, et (Ovid. M. XII, 51) *auditis aliquid* novus adicit auctor. Caeterum, teste Arntzenio, J. Fr. Reitzius in Ambiguis p. 550 edidit: *Non umquam* tacuisse nocet etc., obsecutus sententiae, hoc Catonis dictum ἁπλῶς non esse verum, cum non minus tacendo quam loquendo quis peccare possit. *nocet sepe* nocet Bas. 1486. Neap. 1485

13. *Spem* tibi promis*si* cert*am* RSYEBDMVXK Coll. Voss. Pr. Neap. Ven. 91. Caxt. 861. 83. Pith. Scalig. Erasm. Arntzen. Addo T: Spem tibi promiss//// certam a 1. m. in rasura. E: promiss////am, i erasa littera, am a 2. m. Item in Turic. *am* ex *i* factum est. H: Spem tibi promissam certam, 1. m. corr. expu. *am*. In Y prom*isi*, quod in S 2. m. mut. in promissā. Spem tibi promis*sam* certam Leid. I. Membran. Voss. Spem t.

14. Cum te aliquis laudat, iudex tu esse memento:
Plus aliis de te, quam tu tibi credere noli.
15. Officium alterius multis narrare memento,
Atque aliis quantum benefeceris, ipse sileto.
16. Multorum cum facta senex et dicta recenses,
Fac tibi succurrant, iuvenis quae feceris ipse.
17. Ne cures, si quis tacito sermone loquatur:
Conscius ipse sibi de se putat omnia dici.

promissam cert*um* Leid. II. *Rem* t. promissam certam Leid. III. Vet. Reg. et Chart. *Rem* t. promissam cer*to* Edd. Vind. Hug. Euch. Paris. Pulm. Trem. Fran. Chouet. Flor. Erasm. Boill. Gryph. Cord. Cruc. et Scriver. Planudes: *Στεῦτο τί σοι τὶς μὴ συ τοδ' αὖ ἑτέρῳ χαθυπόχη.* Scaliger: *Ελπίδ' ἀπαγγελίης μὴ ἑτοίμην ἀυτίκα ἡγοῦ.* Facile intellegi potest, ex v. Spem ortum esse promis*sam*, ex promis*sam* profectum esse cer*to*, atque ex promis*si* denique *Rem*. Ra*ro* M. Membr. Pr. *Rara fides* ap. Hor. C. I, 35, 21. Phaedr. III, 48. Senec. Herc. Oet. II, 600. Cannegieter. cap. IX. temptavit: Rara fides *comes* est etc., v. comes ex Horatii l. l. introducens. *est* om. M. Membr. Pr. Caxtt. 861. 83. et Aug. Vind. Euch. Pulm. Trem. Chouet. Flor. et vulgatae fere omnes, servant tamen Paris. Cord. Cruc. et Scriver.

14. Cum te *quis* Leid. II. Neap. Bas. Caxtt. 861. 83. Chouet. Flor. Gryph. Pulm. al. — laud*et* 1658. quam *ut* tibi Scriver. 1648.

15. Eandem sententiam expressit Cic. Lael. c. 19: Officia meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit. *Officium* esse id quod *beneficium* patet ex v. *benefeceris. memento* h. l. gratum animum adsignificat, ut infra 20: plene laudare memento. *Atque aliis quantum benefeceris* SH Flor. Atque aliis *cum tu* VBKXM Pr. Membr. Caxtt. 861. 83. Aug. Vind. (*qum* tu) Ven. 91. Planudes: *Εὖ δὲ σὺ ποίησας ἕτερον, σιγῃ τόδε χεῦθε.* Scaliger: *Ἦν δέ τι τοὺς ἄλλους εὖ ἕρδῃς, χεῦθε σιωπῇ.* Atque *cum aliis* benef. Y Leid. II. Atque aliis *tum tu* benef. D. feceris *ipse*, sileto Flor. Sed coniungenda sunt verba *ipse sileto*. conf. Martial. V, 52, 3: Incipio quoties alicui tua dona referre, protinus exclamat: *dixerat ipse mihi.* benefeceris, ipse, sileto. Sensus: multi narrent, tu ipse sileto. conf. I, 30: Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse. bene feceris R.

16. *Natorum* pro *Mult*orum Arntzenius proposuit. recenses omn. libri. *reprend*es Almelovenius coniciebat. *recenses* pro *censes* dictum est, non pro *narrare*, repetere vel animo secum reputare, ut Planudes, Scaliger atque Erasmus exposuerunt. Apud Hor. A. P. 173 senex dicitur *difficilis*, querulus Censor castigatorque minorum. succur*rant* iuv. quae omn. codd. plurimaeque edd. succur*rat*, iuv. *quid* Scriver. *quia* Caxt. 83.

17. Nec cures Coll. Voss. Leid. II. conf. supra 2. *Conscius* in malam partem, nempe flagitii. conf. Salust. Catil. XIV, 3, sive facinoris Terent. Phorm. I, 3, 4.

18. **Cum fueris felix, quae sunt adversa, caveto;
Non eodem cursu respondent ultima primis.**
19. **Cum dubia et fragilis sit nobis vita tributa,
In mortem alterius spem tu tibi ponere noli.**
20. **Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito placide, [et] plene laudare memento.**
21. **Infantem nudum cum te Natura crearit,
Paupertatis onus patienter ferre memento.**
22. **Ne timeas illam, quae vitae est ultima finis:
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipsum.**

18. quae *sint* EHTY (que). Non *simili* cursu suavius dictum videtur Malscio quam *Non eodem cursu. abeto* Rox. Veterr. Reg. *hav*eto Coll. Voss.

19. nobis sit Edit. Paris. nobis *via* Boill. In mor*tem* RETDVXKM Rox. Vox. Mox. Vet. Chart. Membr. Voss. Vet. Reg. Leidd. II. III. Pr. Membr. Bas. Neap. Ital. Caxtt. 861. 83. Arntzen. etc. mor*te* Digb. Scriver. Daum. etc. Casus quartus in usu erat ut sextus. Liv. XXXVIII, 35 in aedem Herculis. Ovid. M. VIII, 452: stipitem in ignem. Gell. III, 15: coronam in caput. Cic. Att. VI, 1: spem omnem otii in Pompeium. Arntzen. adfert *esse in potestatem,* honorem, *venire in potestate, conspectu* atque alia id genus.

20. cum *det* Vet. Chart. et Membr. Vos. Caxtt. 861. 83. rell. cum *dat.* placi*de plene* YSHETDKX Membr. Voss. Veterr. Reg. Coll. Voss. Leidd. I. II. Turic. — *et* plene Membr. Bas. Caxt. 861. placide et plene R(*et* a 2. m.) placi*dae et* plene Ven. 91. placide, *et* pl. Digb. Daum. Scriver. Neap. aliaeque. placide plene*que* M Pr. placide plene: *et* Caxt. 83. placide plene *et* Ital. Arntzen. placide, plene *at* Barth. col. 1180 et Almeloven. ad marg. exemplaris notaverat. Sed omissae particulae facile suppleri possunt. *plene laudare* ut Hor. E II, 2, 10. *placide* i. placido vultu Ovid. F. II, 27.

21. Hoc distichon om. M. Rox. Vet. Reg. Coll. Voss. Leid. II. In edd. Bas. et Neap. post dist. 20 sequuntur 22. 23. 21. 24 etc. crea*rit* RSYHTE Ven. 93. Daum. Arntzen. crea*vit* VDBXK Vox. Mox. Membr. Voss. Leid. III. Ven. 91. Flor. Aug. Vind. Trem. Erasm. Boill. Scriver. al. *h*onus B. *Paupertatis onus* dicunt Ter. Phorm. I, 2, 44 Cic. T. III, 56, ut *senectutis onus* Cic. de Senect. cap. 1. Caeterum adi Cannegieterum cap. XXII. qui p. 458 dicit: 'Naturam hic Deum accipe ex Stoicorum sententia, de qua v. Senecam de Benef. IV, 8. *Quod vivit* non solum significat *dies laetos,* sed etiam *merita* (v. dist. subseq.), negotia, officia.

22. *dum* vivit Vox. Vet. Chart. Leid. III. Caxt 83. *Non* timeas Pr. perd*idit* Rox. Vet. Chart. Coll. Voss. *id* om. Veterr. Reg. Ne timeas *illa,* quae vita Turic. *vivit* pro *laetatur* accipit Arntzen. conf. Barth. ad Rutil. I, 328. Ex II, dist. 3, cuius mens eadem fere est, lectio: *Qui mortem metuit, amittit gaudia vitae* in Membr. Pr. Neap. Bas. profecta est. Cum IV. dist. 22: *Non metuit mortem, qui scit contemnere vitam* hoc conferens Boxhor-

23. Si tibi pro meritis nemo respondet amicus,
Incusare Deum noli, sed te ipse coerce.
24. Ne tibi quid desit, quaesitis utere parce:
Vtque, quod est, serves, semper tibi deesse putato.
25. Quod praestare potes, ne bis promiseris ulli:
Ne sis ventosus, dum vis bonus ipse videri.

nius errat ταυτολογίαν clamans. Ad verba *vitae est ultima finis* conf. Hor. E. I, 16, 79: *mors ultima linea rerum. Vitae ultima finis* et nostro loco est mors (Planudes: Μὴ τρομέειν θάνατον) non summum vitae i. quod vivit. Planudes et Scaliger: πέρας. Aut dicitur *finis vitae*, ut Cic. Phil. VI, 1. Tac. A. VI, 40. Orosius VII, 19: *is* finis vitae, aut om. *vitae* Tac. A. XV, 63. Vsus feminini generis est rarior, ibique aut *terminum* (glossa in B *terminus*) significat, ut nostro disticho, aut *modum*, ut: *hac fini, qua fini* Gell. I, 3, III, 20. Suetonius autem Caes. 87: — *super caenam* — finis vitae commodissimus: termini notionem concipiens dixit. Masculinum genus et singulari et plurali numero adhibetur, maxime ubi terminus loci significatur, ut *finis Campanus* Liv. IX, 6. *extremum finem* provinciae Galliae Liv. XXXX, 16. *per utrumque finem.* Liv. II, 49. *amnis, labere fine tuo* Ovid. A. III, 6, 20. *certos fines*, extra quos egredi non possum Cic. Orat. I, 49. aut ubi consilium sive propositum quoddam exprimitur ut: ad *eum* finem. Nep. Epam. 2. Cic. Orat. I, 24. Tac. A. XIV, 64. *quem* ad finem Cic. Verr. V, 29. *hic* est finis Cic. Orat. II, 34. *quem* sperandi sibi, *eundem* et bene dicendi finem proponerent. Cic. T. II, 1, aut etiam vis sive facultas, ut Quintil., II, 15. frequentissi*mus* finis rhetorices.

23. respon*dit* Rox. Coll. Voss. Vet. Reg. Leid. II. Turic. rell. respon*det*. respon*dit* tertiae coniugationis. conf. Manil. V, 737. Martial. III, 4, 7: responde, poeta. *respondet* i. votis optatis convenit, *nemo* adiective est *nullus*. conf. Drakenb. ad Liv. III, 12. *In*cusare deum RSHYETDVBKM Pr. Membr. Bas. Neap. Caxt. 83. Ven. 91. etc. *a*ccusare Caxt. 861. *Inculpare* Flor. Incusamus i. superiorem arguimus; accusamus inferiorem vel parem, teste Servio ad Verg. A. 1, 410. Incusare *illum* malum exemplum ap. Arntzen. est autem ed. Scriverii 1648. *tu ipse* Leidd. I, III. te *ipsum* Pr. Neap. Bas. coherce B Ven. 91. Aug. Vind.

24. *quod* desit M. *quod queris hutere* Y. quod queris *hoc* utere E. desit quod queris (1. m. suprapo. uel *quesitis*) d. quod quęris, H. d. quod queris quesitis T (1. m. del. *quod queris*). Arntzen: 'Pro *quaesitis* multi codd. legunt *quod quaeris hoc*, ut Vet. Chart. Coll. Voss. Vet. Reg. Leid. II. et Turic. Sed conf. II, 17: *Vtere quaesitis modice.* III, 21: Vtere *quaesitis*, sed ne videaris abuti, et IV, 16: Vtere quaesitis opibus. Hor. S. I, 1, 37: et illis utitur ante, Quaesitis sapiens. *est* om. Coll. Voss. Vet. Chart. *Id*que *quod est* Membr. Pr. Neap. Bas. qu*id* est Flor. serv*a* Membr. et serve*s* Vox. Caxt. 83. deesse contrahitur ut in Juv. VII, 69. Prop. IV, 33 etc. *tibi* om. MRox. Pr. Bos. Neap.

25. Ne sis *verbosus* Neap. Bas. dum vis *urbanus haberi* 'quidam co-

26. Qui simulat verbis nec corde est fidus amicus,
Tu quoque fac simules: sic ars deluditur arte.

27. Noli homines blando nimium sermone probare:
Fistula dulce canit, volucrum dum decipit auceps.

dices' ap. Daum. Withof. p. 543 ait: 'legitur in melioribus'. Leidd. I. II. Aug. Vind. Flor. Chouet. Trem. Erasm. Boill. Gryph. Cord. Conc. aliaeque recentiores apud Arntzen. rell. d. v. *bonus ipse videri*. d. v. *ipse* bonus videri D. *esse* videri Turic. Membr. Pr. et Caxt. 861. Sic Cannegieter. cap. XXVII, p. 479 legendum esse censuit, atque Arntzen. recepit. *Esse videtur* ibi Canneg. frequens Ciceroni dicit. laudans Auctorem Dialogi de Oratore c. 23 et Quinctil. IX, 4. *bonus* Gr. *χρηστός*. Scaliger: *φιλότιμος*, in ed. altera: *χρηστὸς*, *φιλότιμος*. Planudes: *καλός*, 'obscure, teste Daumio, quo obsolescit sententia'. conf. I, 11: *sic bonus esto bonis.*

26. *Qui* omn. codd. et Pr. Caxt. 861. 83. Venn. 91 et 93. qui simi*l*at Membr. *Cum* substituit Scriver. Sed *Qui* 'vel *qua* hoc loco notat *quatenus*, *qua ex parte*' Arntzen. fidus, ami*cum* *Huic* quoque fac coniecit Dreuxius quidam Arntzenii amicus. *simulare verbis*, ut Terent. Heaut. IV, 1, 23. *ne* corde Leid. I. *non* corde Leid. III. *fac simules* correxit Scriver. fac similes H. Membr. Voss. Turic. rell. fac. simi*le*. *sic*. fac simile: *et* sic Ven. 93. fac simile in ed. Flor. pro simi*liter* prob. Barth. col. 1179 et Adv. LVIII. 13. col. 2794. Planudes: *καὶ σὺ δρᾶσον ὅμοια*. Scaliger. *Ἔμπαλι μιμοῦ καὶ σύ*. Arntzenius temptavit: Tu quoque fac; simi*li* sic. a. d. arte, conferens Egesipp. Hist. Jud. I, 1: ne simi*li* *arte* ipsi quoque deciperentur et cap. 40: *simili arte* nequissimis delatoribus occurrendum putavit. Sed magis probavit Scriverii coniecturam. 'Saepe enim, inquit, verbum similare pro simulare in Mss. Codd. occurrit, Latinum tamen non esse contra Barthium iam alii docuerunt'. *diluditur* Aug. Vind. *ars est* dolus, fraus, *τέχνη* apud Planudem, *δόλος* apud Scaligerum. frequentior pluralis. Caeterum lege Withofii Dissertationem I. pag. 543, qui omnino minima mutatione et legibus artis conveniente emendandum esse unice censet: *Qui* simulat verbis nec c. e. f. a., *Huic* q. f. simules etc. Postea vidi, pergit, etiam sic edidisse Adrianum Cocquium Ethic. Sacr. III, 3, non studio, sed mero, ut sane videtur, casu. *Fac simules* in *ut simules*, sicut IV, 38: *Fac discas* i. *ut discas*. Henr. Cornel. Agrippa Lib. III Epist. 3. huius Distichi primum versum sic laudat: '*Si quis amat verbis*' etc.

27. *homines blando nim. sermone* omnes fere codd. mei et Leidd. I. II. Coll. Voss. et Vet. Reg. homines blan*dos* M 'Leid. III. Chart. Neap. Bas. Euchar. Pulm. Trem. Fran. Erasm. Boill. Gryph. et nonnull. recentiores'. nimio sermone Caxt. 83. nimium blando sermone X Pr. homines blando sermone Scaliger reddit per *χρηστολόγους*. Planudes: *Μὴ σφόδρα μαλακοῖσι βρότους ἐπέεσσι μετέρχου*. *cum* decipit Y Leid. II. Coll. Voss. Veterr. Reg. et Turic. *Dum* et *cum* saepius commutantur. Drakenb. ad Liv. I, 40. Duker. ad Flor. III, 12. Burmann. ad Phaedr. III, 10.

28. Cum tibi sint nati neque opes, tunc artibus illos
Instrue, quo possint inopem defendere vitam.
29. Quod vile est, carum, quod carum, vile putato;
Sic tibi nec cupidus, nec avarus nosceris ulli.

28. *Si tibi* notavit Arntzen. ex edd. Aug. Vind. Paris. Trem. Pulm. Erasm. Gryph. Cord. al. — *neque* opes RSY. nequeo pes T. rell. *nec. artibus* i. ingenuis Cic. ad Div. IV, 3. liberalibus Cic. Inv. I, 25. optimis Cic. ad Div. VII, 3. 'Artes hoc loco significant *quamcumque professionem honestam*; potissimum autem per *artes* intelligimus negotiationem, quemadmodum sic dicimus *ars cretaria, ars lintearia, ars macellaria.* Gruter. Corp. inscriptt. p. DCXLVII. n. 5' Arntzen. Cannegieterus p. 506 cap. 33: 'Romani prisci ex agris vivebant, idque unice honestum et decorum. Opera aut ars mercenaria inhonesta, sordida. Verum alia Romanorum vita fuit sub Imperatoribus. Tum Romae, et praecipue in coloniis et municipiis, etiam ex ordinibus nonnulli, artibus tolerabant vitam, neque Grammatica tantum, Rhetorica, Sophistica, quibus publice mercedes fuerunt constitutae, sed et oratoria sive patrocinio Advocati, quibus iam inde per legem Cinciam licuit accipere. In municipiis et coloniis ne honestiores quidem ab opificiis abstinebant. vid. Reines. Syntagm. Inscr. pag. 144. *quo possint* RSYHEV Caxtt. 861. 83. Ital. Ven. 93. *quo pūt* M 328 Turic. *quod* poss*int* DBKPr. Neap. Bas. Ven. 91. qu*od* poss*is* Membr. queis Vir Doctus ap. Arntzen., qui explicat *quo* per *quo negotio.* quo i. *ut eo. qui* poss*int* legit Scriver. *qui* = *quibus.* conf. Terent. Andr. III, 2, 32. Plaut. Aul. II, 4, 30. *defendere* i. arcere, prohibere Daum. depellere, perhibere Wach. de*ff*endere BD Caxtt. 861. 83.

29. 'Quod vulgus magni facit, tu contemne; quod vulgus negligit, tu magni facito: ita fiet, ut nec tibi sis parcus: audebis enim uti, quae non magni facis. Neque cuiquam videaris avarus, cum non expetes avide, neque servabis attente, quae cupiunt illi. Vulgus plurimi facit divitias, minimi facit probitatem et eruditionem: tu inverte aestimationem. Res autem cuique tales sunt, qualis est de his opinio'. Erasmus. Quod carum vile REHTV et S, cuius 1. m. addidit glossam: s. est. VM. 328 Membr. Pr. Caxt. 83. Neap. Bas. Ven. 93. Daum. Arntzen. Leidd. I. II. Turic. et 'rell. Mss. nostri omnes', teste Arntzenio, atque ex edd. Erasm. et Boill. rell. quod carum *est*, vile putato. Vi*ll*e putato. Leid. III, Ven. 91 (bis). u*ti*le ed. Trem. teste Arntzenio. carum *et* quod Ital. Quod vi*lū* est M. Sic *tibi* nec RSHYETVB 328 Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Venn. 91. 93. Arntzen. Si *tibi* nec M. Scriver.; in Editione sua serius castigata: Sic tu nec, ut ed. Fran. 1660. *Nec tibi* nec V. *Sit tibi* nec D. *Si mihi* nec Malschius. *Sic tibi* nec parcus Edd. Trem. Erasm. Gryph. et Cruc. atque Pulm., teste Arntzenio, qui sic distichon exponit: 'Tu si carum putes, quod vile est, non tibi nosceris cupidus, id est, tu rebus tuis, quas curas putes, vilibus licet contentus, aliena, licet etiam rariora sint, animo tuo non appetes. Aliena enim appetere, ut Bronkh. docuit, proprie crimen *cupidi* est, non avari. Si vero vile putes,

30. Quae culpare soles, ea tu ne feceris ipse:
Turpe est doctori, cum culpa redarguit ipsum.
31. Quod iustum est, petito, vel quod videatur, honestum:
Nam stultum est, petere, quod possit iure negari.
32. Ignotum tibi tu noli praeponere notis;
Cognita iudicio constant, incognita casu.
33. Cum dubia in certis versetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem, quocumque laboras.

quod carum est, non ulli nosceris avarus; sed contra cara illa, quae vilia putas, ubicumque opus sit, honeste absumere audebis. Quod qui non faciunt, proprie *avari* dicuntur'. *noceris* Ven. 91. Withof. Dissert. I, p. 544 praefert aliis hanc lectionem: avarus *habeberis* ulli.

30. Quae culpare *soles* omn. codd. R: *soles vel potes* 1. m. ea *ne tu* Pr. Neap. Bas. conf. Christ. Aul. Cent. I, dist. 86: Quae vitare iubes alios, ne feceris ipse: Turpe est, doctorem cum sua culpa notat.

31. videatur = videtur, est. petere *id* quod Ven. 93. Daum. id quod II, 7. stult. *petere est* e recentioribus, qui haec, verbis transpositis, sic exhibent, teste Arntzenio. iu*ste* negari ed. Boill.

32. *tu tibi* D. Leid. III et ed. Boill. *tu* om. Leid. II et Veterr. Reg. Ignotum*que* Turic. Ignotum tibi*met* Leid. I. et Ital. Ignotumque tibi met noli R (man. 1 glossatoris delevit *que* et *met*, suprascribens tu). Igno^tu^*que* tibi noli H (1. m. suprascripsit *tum*) cum glossa: i. illum quem non cognoscis. tibi *nolito* Euchar. Gryph. Pulm. 1658. *iudicio* i. sapientia, consilio Daum. usu et cognitione Arntzen. Ne facile commutes nota cum ignotis, puta amicum, vel rem, vel vitae genus. Notis enim commodius uteris, de quibus iudicare potes: quae si bona sunt, rectius uteris: sin mala, facilius tolerabis: quandoquidem iuxta Plautum, nota mala, mala non sunt. Ignota vero cuiusmodi futura sint, incertum est. Fit autem saepenumero, ut quae in expetendo putaris prima, in expetendo repudies.' Erasmus.

33. incertis BKM' 1658. Aug. Vind. Erasm. Boill. Cord. Cruc. Scriver. Daum. rell. codd. mei habent *in certis*. Arntzenius: 'quod licet a nullo meorum Codd. probetur (certe nil monent Collationes), in textum tamen *(in certis)* recipiendum putavi'. *Dubia* vita et *certis* periculis venusta oppositio, ut in Hor. C. IV, 9, 35: *secundis* Temporibus *dubiisque* rectus. Arntzen: 'Ceterum elegans est hoc loco verbum *versari*, quod multitudinem et certitudinem periculorum, quibuscum homo conflictatur quotidie, abunde indicat. conf. Ovid. P. I. 2, 15: *interque pericula versor*. adde Cic. Arch. 9: bellum *in multa varietate* versatum. Terent. And. IV, 1, 25: quantis *in malis* verser. Catull. 63: in medio versantem turbine lethi etc. *qui* cumque RHY ETDKX 328 Bas. Neap. qu*i*cu*n*que B Caxt. 83. Ven. 91. 1658. Scaliger: '*quicunque laboras*. Ita habent *omnes editiones*, ut et nos vertimus (ἦμας ἐν ὦ πονέσις). Sed nobis constat Auctorem scripsisse: — *qui*cunque *sequetur*. Quum vita incerta sit; quemcunque diem Deus apponet praesenti,

illum tu appone lucro'. Notandum est, veterem cod. S a l. m. habere: quicumque *sequetur* et man. 2 ad marg. posuisse: uel *laboras*. Inter paucos, qui Scaligerum secuti *q. sequetur* ediderunt, est Daumius. quocumque lab. Ven. 93. Scriver., quem secutus est Arntzen. (quocumque laboras) referens: '*quocumque* Leid. I. et Membr. Voss., quod, monente Daumio, vetus probat glossa, et Scriver. in textum recepit. Recte, si quid video. Quicumque enim, quod reliqui Codd. et Editiones fere omnes servant, casu sexto antiquatum omnino est, nec Auctori recentiori facile obtrudendum'. Quod si concedimus, dicendum tamen est, compositum pronomen *quicumque* casu sexto pro *quocumque*, *quacumque* et *quibuscumque* vel optimis latinitatis temporibus non dictum fuisse, dum simplex *qui* pro *qua* (*quacum* Verg. A. XI, 822) *quo* (*quocum* Terent. Heaut. IV, 1, 2) et *quibus* (*quibuscum* Plaut. Capt. V, 4, 6) in usu erat, quod multa inprimis Comicorum exempla probant. Quam ob rem, praesertim cum *sequetur* non satis certae sit auctoritatis, *quocumque* recepi. Nam quod Vlitius ad Gratii Cyneg. v. 94 voluit, qui casu primo *quicumque* accepit, exponens: 'Quicunque, ait, laborat, quamvis nihil eo consequatur, tempus tamen lucratur et diem, quo ducta superest linea, quia non perdidit nihil agendo, aut fato ereptus est', ideo absonum est, quod filio non *cuicumque* (conf. Praef. ad Lib. III: *Hoc quicumque voles*) totum opusculum est dedicatum. *laboras* i. in labore sive periculo es. Barthius, qui hunc locum difficillimum saepius tractavit, primum prolixius sic exposuit: 'clara est sententia, si modo nos non caecutiamus. Cum ipsa vita in dubio semper sit, summis a morte periculis perpetuo imminentibus, pro lucro aestimare debemus eum diem quo laboramus; quo non evertimur, imminente nece; ita, si maiora pericula, quibus circumfundimur, consideramus, minora illa, ut *laborem*, sine quo vita nostra non est, pro lucro habere decet'. Deinde *laborare* explicat per *vivere* (ad Eutropium Claudiani Lib. I, pag. 281 ed. I.); tum (Adv. XLI, 21 et XXXVI, 22): '*laboras* idem est quod *vales*, integris viribus es, ut medici non eges. Eum enim quis periculoso morbo implicitus est, interdicunt Medici labore, qui indicium est sanitatis. Denique rescribendum et corrigendum sit:

Cum dubia *incertis* versetur vita periclis,
In lucro tibi pone diem, quocunque *labor stat*,

explicans: Cum in orbem quendam perpetuum volvitur *labor humanae vitae*, eum tu diem in lucro pone, *quo quiescere licet*. Sed exitus versus *labor stat* est lectio neque probata neque probanda. — Ad sensum conf. Hor. C. I, 9, 14: *Quem fors dierum cumque dabit*, *lucro Adpone*, ad quem locum Barth. Adv. XXIV, 4: 'Eadem enim, ait, sententia, licet paulo aliter cadant verba. Quem diem fortuna tibi vitae addet, ponas pro lucro, cum incertissima vita ipsa sit; addit Cato, etiamsi illa ipsa dies non sit sine labore'. Seneca Ep. 12: — — quisque dixit VIXI quotidie ad lucrum surgit. Withof. Diss. I, p. 544 voluit:

Quum dubia *incertis* versetur vita periclis,
Pro lucro tibi pone diem. *quocumque potiris*,

conferens illum Horatii locum C. I, 9, 14'. 'Nam, ac si dictum esset. ex Flacci forma: quemcunque sors dedit'.

34. Vincere cum possis, interdum cede sodali:
Obsequio quoniam dulces retinentur amici.
35. Ne dubites, cum magna petas, inpendere parva:
His etenim rebus coniungit Gratia caros.
36. Litem inferre cave, cum quo tibi gratia iuncta est:
Ira odium generat, concordia nutrit amorem.
37. Servorum ob culpam cum te dolor urget ad iram,
Ipse tibi moderare, tuis ut parcere possis.

34. *dum* poss. Pr. *caede* R. *vince* sodali Rox. Leid. II. Coll. Voss. et Veterr. Reg. cede vince corr. Turic. *quin* dulc. Caxt. 861. *quam* dulc. Ven. 91. *vincuntur* amici. Leid. II. Gryph. Pulm. (vin*ciuntur* Euchar.) et quaedam recentiores, teste Arntzenio.

35. ne dubi*ta* H Coll. Voss. Ven. 93. Scriver. rell. dubit*es*. pet*as* omnes mei Codd. et Leidd. I. III. Vet. Chart. et edd. multae ut Euch. Trem. Erasm. Boill. Gryph. Cruc. Scriver. pet*is* Leid. II. Coll. Voss. Vet. Reg. Pr. pet*es* Mox. Membr. Voss. Ven. 93 et Cord. pet*es* corr. pet*as* Turic. 'Gratiam hic. vocat Deum benevolentiae. Erasmus. *Χάρις* litt. minori Planud. et Scaliger. Tres quidem Gratiae numerantur, quae Deae beneficiorum etiam habebantur, (Seneca de Benef. I, 3), sed una semper aversa pingebatur, reliquae duae nos respicientes, teste Fulgentio Mythol. II, 4: *Veneri tres Charites adiciunt, duas ad nos conversas, unam a nobis aversam;* quod Heinsius Adv. p. 740 eleganter ita explicat: Gratia a nobis praefecta, hoc est beneficium alteri praestitum, duplex ad nos rever*ti* solet. prava Ital.

36. Li*tt*em B. conf. II, 11: *Lis minimis verbis interdum maxima crescit.* Erasmus: Cavendum est, ne per inimicitiam lis incidat cum amico, propterea quod ex iurgio resident in animis vestigia quaedam, quae benevolentiam vertunt aliquoties in odium. Et non optime coire solet semel rescissa concordia. Ergo morositas omnis et asperitas debet abesse ab amicitia'. *Ira odium generat.* conf. Hor. I, 19, 45:

Ludus enim genuit trepidum certamen et iram,
Ira truces inimicitias, et funebre bellum.

37. Servorum ob culpam R. (man. 1. glossatoris corr. suprapo. *ob*) M. Leid. III. Vet. Chart. et Membr. Voss. non dissentientibus Edd. antiquissimis et optimis, in iis quoque Aug. Vind., cui plurimum tribuo, et Erasm. Boill. Gryph. Cord. Cruc., nec aliter Scriverius edidit', teste Arntzenio. Pluralem *culpas* tuentur pure EH et S, qui habet glossam: s. propter. ablativum sing. *culpa* VX Pr. Ital. Ven. 93. et Leid. I. cum rasura T: culpa[illegible]. ablativum plurali *culpis* pure Leid. II. cum correctione culp$\overset{i}{a}$s Y (1. m. mut. a in i). culp$\overset{i}{a}$s Turic. (puncto sub *a* posito), ut Cannegieter. cap. 30. Erasmus, Daumius, Arntzen. rell. libri mei habent *ob culpam.* urg*u*et Leid. I urg*uat* Coll. Voss. *in iras* 'paucae eaedemque iuniores' Edd., teste Arntze-

38. Quem superare potes, interdum vince ferendo;
Maxima enim morum est semper patientia virtus.
39. Conserva potius, quae sunt iam parta labore:
Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

nio. *in ira* Leid. I. conf. Hor. E. I, 2, 59: — — qui non moderabitur irae. *moderare tibi* Bas. Neap.

38. Qu*ae* superare ed. Trem. *vince ferendo* suprascriptis verbis *cede sodali* Turic., repetitum ex praeced. dist. 34. Pro *interdum* Arntzenius proposuit *infestum* i. parum laetum, tristem, melancholicum; Daumius recepit *nonnunquam.* Maxima *et*enim D Leid. III. Pr. Caxtt. 361. 83. Maxime etenim M. *h*orum E. Leid. II. Vet. Reg. est om. EDH Neap. Bas. In S *est* a. 1. m. inter *morum* et *semper* supra positum est.

39. *iam sunt* Bas. Neap. Ven. 93. potius *quaesita et* coniectura Almelovenii: *quae sunt iam acquisita* p. l. Leid. I. Cannegietero *labor* in versu priore aliter usurpari videtur, aliter in altero; *labore* parta enim sunt *industria* parta, labor in versu altero *rem labore quaesitam* denotat. *labore partum* Terent. Phorm. I, 1, 12: *Solibus abreptos hiemi formica labores Distulit* Avian. Fab. XXXIV, 5. Arntzenius hoc modo distinguere voluit:

Conserva potius, quae iam sunt parta; labore
Quum labor in damno est, crescit mortalis egestas,

exponens: 'Hoc est, potius conserva, quae iam parta sunt; nam quum labor *est,* hoc est, versatur in sumtibus et expensis faciendis, ut faciunt damnosi, supervenit et crescit paulatim egestas'. At dicendum est, hanc distinguendi rationem atque expositionem esse Daumii, qui p. 94 haec habet: 'Quum in damno est labor, crescit paupertas, nescio an ita Latine loqui possis. Elegans, et ut videtur genuina, lectio, sententia certe, distinctione potest restitui perfacile:

Conserva potius, quae iam sunt parta; labore,
Quum labor in damno est, crescit mortalis egestas.

Labore ipso crescit egestas, quum laboras, ut damnum facias, hoc est, perdas luxu et deliciis iam parta'. Sed hae explicationes sunt contortae atque a simplicitate Catonis alienae. Vox *labore* in priore versu idem significat, quod *labor* in altero. *Cum labor in damno est,* i. sedula cura atque industria *decrescit,* cresecit paupertas. conf. Gell. XX, 2: lunae *augmenta* atque *damna.* Sidon. XV, 42: lunae *incrementa* cur *damna* sequantur. conf. Hor. C. IV, 7, 13. Seneca Consol. ad Marc. 18. Colum. II, 10: priusquam luna *incrementum* capiat. Vitruv. IX, 4: decrescentia lunae i. damnum lunae. Male etiam Opitius hunc locum vertit:

'Erhalt und samle dir was du mit Müh erworben:
Wem Arbeit Schaden bringt, wird arm und ist verdorben.'

Adde Boxhornii iudicium p. 362: Disticho XXXIX *labor in damno esse* dicitur pro: *laborare in damno resarciendo.* Obscura est dicenda ratio.

40. Dapsilis interdum notis et carus amicis,
Cum fueris felix, semper tibi proximus esto.

40. *Dapsilis* Veteribus minime de hominibus vel certe magis de rebus quam de hominibus in usu erat. Plaut. Pseud. V, 1, 21 (I, 4, 3 dapsil*us*). Most. IV. 2, 66. Aul. II, 1, 45. Colum III, 2. IV, 27. Apul. Met. XI, p. 258, 12. Elm.; homo munificus vel liberalis etiam *largus* dicebatur. Cic. Off. II, 16. dapsil*e* convivabatur Sueton. Vespasian. 19. Scriptores seriores, inprimis adeo ecclesiastici etiam homines dicunt *dapsiles*, ut apud Ordericum Vitalem Hist. Eccles. Lib. V. fol. 559: *Dapsilis et constans.* Walafr. Strab. apud Canis. T, VI, p. 640: Cunctis es mitis, *dapsilis* et miseris. Sic barbara vox *dapsilitas* ab iisdem adhibebatur, ut Ord. Vital. Lib. III. H. E. f. 496. Wilhelm. Gemmetic. Hist. Norm. VIII, 1. Gvibert. Hist. Hierosol. II, 18. Baldric. Dolensis Hist. Palaest. I, 23. IV, 7. 15. 16. Alia et plura vide apud Stephanium ad Sax. Grammaticum f. 177. (Daum. p. 96) et Du Cange Glossar. Med. Latin. s. v. Hinc totum distichon si non suspectum, serioris tamen originis videri potest. Quam ob rem olim hanc medelam proposui:

Dapsilis interdum *dos sit, quam reddis* amicis,
Cum fueris felix; semper tibi proximus esto.

Vitiosae lectiones: car*is* amicis Pr. Ital. Caxt. 83 car*is et* amicis Caxt. 861' et Aug. Vind. Euch. Pulm. Trem. Erasm. Gryph. et multae recentiores, quod Erasmus quoque secutus est. *cha*ris amicis. Bas. Neap. car*is* amic*us* M. car///us Turic. cum rasura. *notis et largus amicis* Edd. Chouet. et Cord. ut Withof. p. 546 voluit conferens III, 10: non parcus amicis. Planudes: εὐεργετικός. Scaliger: ἔντιμος. — *Dum* fueris felix Turic. Cum fueris *dando* S (m. 2. suprapos. s. felix), et sic coniecit Scaliger pro ὄλβιος εὐτυχέων substituens δῶρα χαρίσσαμενος exponens: Quum dando multa amicis, dapsilis audiveris et liberalis, tamen memineris, te tibi proximum esse.

LIBER SECVNDVS.

(Disticha 31).

Telluris si forte velis cognoscere cultus,
***Vergilium* legito. Quodsi mage posse labores**
Herbarum vires, *Macer* has tibi carmine dicet.

EXPLICIT LIBER I. INCIPIT LIBER II. T. EXPLICIT LIBER PRIMVS. INCIP. LIB. SECVNDVS S. INCIPIT LIBER SECVNDVS HE. Secunda metricalis pars Incipit feliciter. Ed. Pr.

Hi undecim versus, sicuti sex illi ante Tertium Librum et quattuor ante Quartum positi in omnibus Codicibus atque in longe plurimis Editionibus (Scriverius eos toti opusculo cum inscriptione AD LECTOREM praemisit) venerandae quidem aestimandi sunt vetustatis, indigni tamen Catone nostro et propter inepta atque insulsa consilia, quae neque patris instituto neque filii moribus conveniunt*), et propter putidas repetitiones**) et propter orationem, quae, ut Cannegieterus l. l. cap. 28 prolixe monstravit, neque pura neque honesta est. Itaque hae *Praefationes* cum neque ad rem faciant neque ad mores filii conformandos, neque tam libros singulos sed totum Opusculum concernant, non a Catone, qui una praefatione defunctus fuisset, eas profectas esse sed 'a monachis et insulsis vilium hominum ingeniis putandum est, qui, ut Cannegieterus pergit, existimarunt mutilum esse opus ad filium scriptum, quod praefatione careret'.

*) Boxhorn. in Dissert. p. 361: 'Cur. Georgicorum Virgilii, Botanologiae Macri, Pharsalidos Lucani, atque Amorum mentionem facit Nasonis, qui Tr. II, 213 ipse de se scribit: *Arguor obscoeni Doctor adulterii,* de cordatis vitae morumque praeceptis acturus?'

**) Boxhorn. ibidem: 'An non putidum est, versu antepenultimo legere: '*Ut sapiens vivas, audi quae discere possis,* et ultimo versu idem repetere: *Ergo ades, et quae sit sapientia, disce legendo*?'

1. cultum Pr. rell. cul*tus*. *telluris* cul*tus* i. agricultus Cic. Agr. II, 25. Liv. IV, 12. agri cul*tura* Cic. Off. I, 42. Caes. B. G. VI, 22. agri cul*tio*. Cic. Sen. 16. Verr. III, 97.

2. Virgilium omnes libri mei. Vergil. Aug. Vind. et Gryph. ma*ge* pro ma*gis* Plaut. Men. II, 3, 14. Asin. I, 1, 51. Truc. I, 2, 75. IV, 4, 34. Prop. I, 11. Solin. 22. Verg. A. X, 481. Phaedr. V, 3, 11. *nosce* M. Rawl. 59 et 60. Pr. Bas. Neap. labor*es* K Scriver.

3. *has* om. SYHETVXFKM Cant. Vnivers. Rawl. 59. Rox. Vox. Mox. Digb. omn. codd. Arntzenii (praeter Coll. Voss. et Leid. III). 'Aug. Vind. Euch. Auson. Paris. Fran. Chouet. aliasque'. apud Daumium p. 96 'Edd.

[Corporis ut cunctos possis depellere morbos.]
Si Romana cupis et civica noscere bella,

Ascensii, Branti, Lips. et Colon. item Pulmanni'. Ital. Caxt. 861. Ven. 91. Arntzen. Alii servant *has*, inter quos Barth. III. 6. Daum. et Scriver. Broukh. ad Tib. II, 6, 1. Scaliger: 'Scribe: *Macer has tibi*: nisi scripserit Auctor: Mac*ri* tibi carmin*a* dic*ent*. Vix est, ut aliter scripserit gnomologus.' Macer *id* Ven. 93. Prima syllaba vulgo corripitur Verg. E. III, 100. Martial. II. 6, 10. etiam quarto casu Hor. E. II, 1, 181: palma negata *macrum*. inprimis Ovid. Tr. IV, 10, 44, ubi poeta noster conmemoratur:

Quaeque nocet serpens, *quae iuvat herba, Macer.*

Arntzenius: 'Suspicor ego, pronomen hoc non a miserandae huius praefationis scriptore, utpote qui non minus Latinorum quam Barbarorum *nomina propria* eorumve syllabas promiscue usurpari existimavit, sed ob alio quodam, ut errori contra legipediam commisso occurreret, esse adscriptum, eamque lectionem editores deinceps praetulisse. Hanc itaque ob rationem, potissimum, quod maior Codicum pars iubeat, pronomen hoc contextu reiecimus'. De *Aemilio Macro* poeta, qui Tibullo Vergilioque aequalis fuit, vide Broukh. ad Tib. II, 6, 1. Voss. de Hist. Lat. I, 16 etc. dic*it* TS (dic̄) R (m. 2. mut. *i* in *e*). Rawl. 60. Veterr. Reg. Turic. Ven. 91. rell. dic*et*.

4. Hic versus laudatur ex Ed. Pithoeana a Scaligero et a Barthio, qui eum genuinum censet, quod 'alludit ad simplicem et vetustissimam Medicinam, verbis modo curam gerentem morborum absque compositionum sumtuosarum colluvionibus'. Exsulat autem ab omnibus meis codd. et edd. praeter eam Scriverii, atque omnibus Mss. editionibusque Arntzenii. Agnoscit eum Ed. Lugd. Bat. 1636 et Broukh. ad Tib. l. l. citat eum sub Auctoris nomine.

5. *cupis.* Malscius profitetur: 'ultimam syllabam extendo non per ἔκτασιν seu per caesuram, sed quia Veteres indifferenter cup*ere* et cup*ire* dicebant'. conf. Lucret. I, 62: cup*i*ret ibique Gifan. *punica* noscere SYHET (africana gl.) DKV (africanum bellum, in quo cario fuit devictus. gl.) 328 Digb. Rawl. 57. 60. Camp. Put. Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Ven. 91. Coll. Voss. Membr. Voss. et Vet. Reg. et *noscere* punica bella Leidd. I. II. *pugnica noscere bella* Leid. III. et Vet. Chart. *vel* punica Rawl. 60. Quaeritur sane, possintne *Punica bella* hoc loco pro quibusque gravibus bellis poni. Substitui cum Scriverio, Daumio, Cord. et Cruc. *civica*, cum Punica bella ad Lucanum minus pertineant quam ad Silium Italicum, quamquam verum sit, *civica bella* etiam esse *Romana.* Barthius Adv. XXI, 21 suspicatus est, excidisse quaedam, quae ad Silium Italicum aliumve essent referenda. Arntzenius: 'Omissum hic nihil esse, aut alium poetam, bellorum Punicorum Auctorem non additum fuisse, inde suspicor, quod mox in Lucano in eodem versu subiungit: *qui Martis praelia dixit.* Quod plane langueret, si in sequentibus versiculis, qui nunc desiderari creduntur, similiter alii sequerentur, qui *Martia praelia dixerunt.*'

Lucanum quaeras, qui Martia praelia dixit.
Si quid amare libet vel discere amare legendo,
Nasonem petito. Sin autem cura tibi haec est,
Vt sapiens vivas, audi, quae discere possis,

6. quaer*es* YT (leg*es* gl.). Cant. Leidd. I. II. Coll. Voss. Turic. rell. et Edd. quaer*as*. Mar*tis* RYHTKVMX Mox. Rox. Cant. Vniv. 328 Digb. Rawll. 57. 59. 60. Put. Pr. Bas. Neap. Venn. 91. 93. Daum. Arntzen. rell. Mar*tia*. Barth. et Scriver. ex Horatio introduxerunt. 'Non inepte, inquit Withof. p. 547; nam *praelia Martis* sunt proprie, quae Mars ipse gessit'. Idem vero Withof. ibidem contendit, locum 'sic capitaliter, et tamen, sicut oportet, pudenter ac verecunde emendandum esse :

Si Romana cupis, et *Punica* noscere bella,
Lucanum quaeras, *cui* Mar*tis et alea dicta.*
Si quis amare velis, vel discere *amore levari,*
Nasonem petito; sin autem cura tibi haec est,
Vt sapiens vivas, audi, quae discere possis,
Per quae semotum vitiis *tra*ducitur aevum.'

pr*oe*lia HST etc., alii pr*e*lia, ut MVX. Ven. 91 etc. rell. pr*ae*lia, ut Y (p̄lia) KPr. dic*et* codd. recentiores, ut BDFKX Rawl. 59. Digb. 328 etc. Leid. III et nonnullae edd. ut Boill. Erasm. Cord. Gryph.' dic*it* MPr. Caxt. 861. *docet* Camp. rell. di*xit.*

7. Si *quid* amare *libet* RSHXT (libet / velis corr. *velis* expu.) BDFKVX Cant. Vniv. Digb. Mox. Rox. Vox. Rawll. 57. 58. 'Leidd. I. II. Coll. Voss. Vet. Chart. Membr. Voss. Vet. Reg. Turic. Editionesque optimae ad unam omnes'. Si quid amare *licet* E. Si *quis* amare *libet* 328. Rawll. 59. 60. Caxt. 861. Si *quis* amare *velis* Scaliger et Withof. l. l. Si *quis* amare *velit* Daum. Si *quid* amare *voles* Scriver. Si *quid* am*ore libet* M. discere am*ara* Rox. Leid. II. Coll. Voss. et Veterr. Reg. Arntzenius: 'Posset aliquis hic reperire paronomasiam in verbis *amare* et *amara,* ut Auctor respexisset ad *Amoris* et *Tristia* Ovidii. Sed dubito ego, an tanta sermonis elegantia seu Rhetorices cognitione fuerit inbutus, quisquis demum sit, homo praestigiator; praeterquam quod *discere amara* i. discere tristia nobis parum probatur.'

8. *tibi cura* haec est Cant. V. 328. Rawl. 59. Leidd. I. II. Caxt. 83. Sin autem *tibi cura* est Pr. haec est *tibi cura* Turic. *cura haec tibi est* Ven. 91. *haec tibi cura est* Ital. haec *sit* Scriver. rell. cura tibi haec est. hec 328 KV etc.

9. *vivas* suprascr. a manu glossatoris H. *quo* discere possis Barth. Adv. XXI, 21: 'Rursus veram scripturam puto Editionis vel primae omnium vel proximae principi.' praeferunt eam Frisii, Corderii, Lentuli et Pulmanni Editiones, teste Daumio. rell. audi *quae* d. p. '*Audire* Barth. ibidem pergit, absolute capiendum, velut verbum τεχνικόν, quod necessarium discere volenti', adstipulante Arntzenio, qui citat Cic. Off. I, 1. Hor. E. I, 1, 48. Iustin. XV, 3. poss*es* Rawl. 60. pos*cis* Ital. Notandum, versus 9. et

Per quae semotum vitiis deducitur aevum.
Ergo ades, et quae sit sapientia, disce legendo.

---

1. Si potes, ignotis etiam prodesse memento;
Vtilius regno est, meritis adquirere amicos.
2. Mitte arcana Dei caelumque inquirere quid sit:
Cum sis mortalis, quae sunt mortalia, cura.
3. Linque metum loeti; nam stultum est tempore in omni,
Dum mortem metuas, amittere gaudia vitae.

10. in Rawl. 59 omissos esse. viciis vett. et recentiores codd. ut SBDMVXK 328 Digb. Rawl. 60. Pr. Caxtt. 861. 83. Ven. 91. Neap. *deducitur* omn. codd. plurimaeque Edd. Arntzenius: sic omnes codd. nostri Mss. Sed *traducitur* est in plerisque et antiquiss. Editt., quod Scriver. secutus est.' In mea Ed. Scriverii legitur *de*ducitur, contra traducitur ap. Withof. p. 547. 548., translatum ex Hor. E. I, 18, 17: *Qua ratione queas traducere leniter aevum. eum* M Ital. *s*emotum in rasura Turic. corr. ex *r*emotum. conf. Hor. A. P. 385: *vitioque remotus ab omni.* Notandum, huic versui decimo in Ed. Pr. antepositum esse undecimum, vulgo ultimum.

11. *Ergo ades,* ut *Huc ades* Tib. IV, 4, 1. conf. Brisson. de Formulis I. p. 70. 71. Terent. Andr. I, 1, 2. II, 2, 17. Hec. III, 5, 60. Cic. Mil. 2: adeste animis, iudices.

1. *etiam ignotis* E. *est regno* Pr. Caxt. 861. Ven. 91. regno meritis, om. *est*, 328. Bas. Neap. *ad*quirere REHSTKX 328 Digb. Caxt. 861 et Arntzen. cum Turic. *at*quirere Y. *per*quir. V. Erasmus: 'Non solum in amicos oportet esse beneficum, verum ignoti quoque conciliandi sunt, ac devinciendi beneficientia, si modo possis prodesse. Vtilius enim est, quamplurimos amicos parare *(Meritis)* i. e. benefactis, quam parare regnum. Regnum enim eripi potest, amici succurrunt eiecto: et firmiores sunt, quos beneficio adiunxeris, quam quos potestate premas'. *Vtilius regno.* Est inter locutiones proverbiales, ut apud Horatium: *Rex eris*, apud Terentium: tune hic regnum possides? et Claudianum: Hoc Regni, Fortuna, tenes? Quibus beati significantur, qui Regum vivunt vitam. conf. Barth. Adv. II, 19. XXI, 21. Vitiosam lectionem *Quid sit* Leid. II pro *amicos* ex sequenti disticho induxit.

2. ar*ch*ana codd. recentiores ut B Leid. III. Turic. atque Edd. Ital. Caxt. 83. Ven. 91. *Dei* i. Iovis, Dei supremi, ut Ovid. Tr. II, 5, 40, 72. Phaedr. I. 2, 28. Serv. ad Verg. A. I, 665. *arcana Dei* i. fata, ut Verg. A. IV, 614: fata Iovis. Verg. A. I, 262: *fatorum arcana.* Dogma Stoicorum vid. Serv. ad Verg. A. I, 257. Arntzen. *c*elum inquir. Pr. Caxt. 861. *cae*lumque RT. caelum Turic. qui post hunc versum subiunxit sequentem:
An dii (di) sint caelum qui (que) regant, ne quaere doceri.

3. l*ae*ti Y l*ae*ti S. l*oe*ti RE. lo*e*ti TH. rell. l*e*ti et l*eth*i. tempore omni Pr. Neap. Bas. tempore in *euum* Caxt. 861. *Cum* mortem E. rell. *Dum.*

4. Iratus de re incerta contendere noli:
Inpedit ira animum, ne possis cernere verum.
5. Fac sumptum propere, cum res desiderat ipsa;
Dandum etenim est aliquid, dum tempus postulat aut res.

metu*is* codd. recentiores, ut BE Put. Camp. KMX Pr. Caxt. 83, Aug. Vind. Euch. Pulm. Chouet. Erasm. Boill. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque huic nostrae coniecturae adstipulantur'. Arntzen., dicens: 'scribe *Dum mortem metuis.* Particula enim *dum,* quoties temporis praesentis actum indicat, non subiunctivum sed indicativum poscit'. Sed *dum* hoc loco idem est ac *donec;* exempla adferre supersedemus. Omnes vett. Codd. habent metu*as*. Cod. Turic. metuas mut. *a* in *i*. Almelovenius aliter distinguit:

Linque metum leti, nam stultum est. Tempore in omni
Dum mortem metu*is*, amitt*is* gaudia vitae.

amittis lectio est recentiorum librorum, ut BKM Vox. D (amictis) Put. Pr. Caxt. 83. vett. ami*ttere* *ad*mittere X. a*mm*ittere Ven. 91. amit*tas* Mox. Membr. Voss. Omnes libri hoc distichon tuentur, cuius sententia iam I, 22 erat expressa. Hinc Arntzenius cum Cannegietero pag. 461 cap. XXIII. spurium esse nullus dubitat atque e contextu removeret, modo libri addicerent'. Sed similia sibi haec disticha sunt, non plane eandem exhibent sententiam in omnibus partibus convenientem, cum *amittere gaudia vitae* non idem sit atque *quod vivit*, perdit id ipsum, ubi quidem Cannegieterus non hoc loco notare *spiritum ducere* sed *iucunde vivere* dicit, quia *vixerunt* dies, quos laeti viderant. Hoc et Cretensibus, non de Romanis omnino verum est. *Quod vivit* supra explicuimus. Idem valet de III, 22:

Fac tibi proponas, mortem non esse timendam:
Quae bona si non sit, *finis tamen illa malorum.*

Quod distichon etiam conferendum est cum illo I, 22:

Ne timeas illam, quae vitae est ultima finis:
Qui mortem metuit, quod vivit, perdit id ipsum.

De quo audiendus est Cannegieterus c. XXIII pag. 459. 460, qui hoc cum IV, 22 conparans (*Non metuit mortem.* qui scit contemnere vitam) in altero modum contemnendi mortem, in altero causam exponit, cur ea non metuenda sit.

4. Wach. et Withof. Dissert. II. p. 549 transpositione meliorem hunc versum substituerunt: Incerta iratus de re cont., sed contra consensum librorum non est pugnandum. Ven. 91 addit disticho v. *verbis*: noli contendere verbis, ex I, 10 inlatum. I*n*pedit Turic. rell. i*m*pedit, ut i*m*pendere. pos*sit* RHTBDKXM (*nec* pos*sit*) Ital. Caxt. 86. Bas. Neap. pos*sit* *ne* Ven. 93. rell. pos*sis*, ut Leid. II. Coll. Voss., et Cod. Turic.

5. Barth. XXI, 21 sic distinguit: 'Fac sumtum, propere cum res desiderat, *ipsi*. Cum quo congruit sententia sequentis versus'. Atque Almelovenius in marg. exemplaris sui notarat, teste Arntzenio. prop*e* cum V. *aliquid est* cum V. Dan*da* etenim *rerum* cum M. *dum* tempus RHT Rox. Pr. cf. d. 18. rell. *cum tempus* i. occasio ut Hor. *dextro tempore* pro commoda occasione.

6. Quod nimium est, fugito, parvo gaudere memento;
Tuta mage est puppis, modico quae flamine fertur.
7. Quod pudeat, socios prudens celare memento,
Ne plures culpent id quod tibi displicet uni.
8. Nolo putes pravos homines peccata lucrari:
Temporibus peccata latent, et tempore parent.

se tempore commode cadente Barth. Adv. XXI, 21. *res ipsa* Terent. Andr. III, 3, 19. Sal. Catil. 5. sumtum *promte* pro propere Erasmus, sed Arntzen. Fac, sumtum prop*eres* emendandum censuit. *Sumptum* facere pro *dare* rarum. Cum uterque versus idem docere Arntzenio videretur, idem aliquando temptavit: *Tar*dandum, *aliud* cum t. p. a. res; sed serius nihil mutandum ratus est et *dare* non aliter accipiendum ac in locutionibus: *dare aliquid consuetudini, moribus, temporibus,* ut Cic. T. I, 40. Quintil. XII, 10. Seneca de Tranq. an. 16 etc.

6. Sensum exponit Erasmus: 'Humilis fortuna tutior est quam excelsa; ut navis tutior, quae *in parvo. est flumine, quam quae in pelagi fluctibus natat*'. Cui rationi cum nautae repugnent, legendum est, ut Frater Arntzenii ad Aurel. Vict. III, 40 proposuit. et Vir Doctus quidam in ed. 1628 nota Ms. adspersit, omnibus Codicibus Editionibusque resistentibus: modico quae fl*a*mine fertur. conf. Ovid. F. III, 599: Figitur ad Laurens *ingenti flamine* Littus Puppis etc. Verg. A. V. 832: — *ferunt sua flamina classem.* conf. God. Guelph. ad Plin. Paneg. 31. De *vento* igitur, quo navis fertur, non de *fluvio* sermo est. *Puppis* autem est navis, ut saepius in Ovidio: Am. II, 4, 8: rapida concita puppis aqua. conf. Pont. IV, 3, 5. Her. XIIII, 97; et Lucret. VI, 1062. item in Petron. 123 legas: rigido concussae *flamine* nubes. Tuti*or* est puppis *parvo* Put. mage pu*pis* que *parvo* Pr. (om. *est*). mage est puppis T (2. m. suprascr. *est*). *pupis* habet etiam Ven. 91. Tuta mage//// puppis est, ubi a 1. m. m a g i s erat scriptum. Tuta mag*is* puppis Caxt. 861 (om. est). Tuta mag*is* puppis *est* q*ue* modico Caxt. 83,

7. Quod pudeat, socios etc. distinxit Scaliger, uertens: Ὧν αἰδώς σ' αἱρεῖ, τάδε μὴ κοίνωσιν ἑταίροις. Planudes perperam: *Quod pudeat* socios, prudens' etc., versum sic reddens: Πᾶν ὃ φίλοις σοῖς αἶσχος προςτρέψει, μάλα κεῦθε. Erasmus: 'Ne indicaveris amicis, aut ne committas testibus aliis, cuius te facti pudeat, ne plures reprehendant, si scierint id, quod uni tibi displicet. Si solus tibi conscius fueris, hoc est, si quid peccas, pecces absque arbitris'. Quod pudeat, socios Turic. et plures meorum, qui punctum posuerunt. *Nec* plures Aug. Vind. et Erasm. *Ne plures culpent, id quod* Gryph. cul*pant* Caxt. 861. *uni* i. soli. conf. Ovid. M. XI, 220. etc.

8. homines pravos Pr. 'Ne putes nocentes lucrari, hoc est, impune auferre sua peccata. Latent quidem, sed ad tempus; postea parent, id est, manifestantur; tempus enim et celat et aperit omnia. *Parent* dictum est pro *apparent*' Erasmus. pu*tas* Ital. *sed* tempor*a* Pr. *sed* tempore Withof.

9. Corporis exigui vires contempnere noli:
Consilio pollet, cui vim natura negavit.
10. Cui scieris non esse parem te tempore cede:
Victorem a victo superari saepe videmus.
11. Adversus notum noli contendere verbis:
Lis minimis verbis interdum maxima crescit.
12. Quid Deus intendat, noli perquirere sorte:
Quid statuat de te, sine te deliberat ille.

p. 549. Pro *temporibus* Withof. ibid. proposuit: *Saepe diu. tempore* ut I, 6 et II, 10. *patent* Vet. Chart. Reg. et Leid. III. nec non in antiquioribus quibusdam Edd. Boill. Erasm. aliisque'. Pr. Caxtt. 861. 83. Ital. Bas. Neap. Sed prima syllaba in *pa*tent corripitur. Pa*r*ere et pa*t*ere in Mss. a librariis saepius conmutantur.

9. noli contemnere vires vet. Chart. Membr. Reg. Leid. III. 1628. Vires δύναμιν Planudes. Φυὴν i. ἰσχὺν Scaliger. conte*mp*nere REĦTB.

10. *Quem* scieris TBFKMV Mox. Vox. Ital. Caxt. 861. 83. Bas. Neap. Ven. 91. Vet. Chart. Membr. Voss. Leid. III. parem *tibi* BKMVX Pr. Ital. 'Vet. Chart. Membr. Voss. Leid. III. Quod (utrumque) sequuntur Edd. Aug. Vind. Euch. Trem. Paris. Pulm. Chouet. Flor. Boill. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque'. Planudes: Ὃν νοέεις σέο μείονα. Scaliger: Vnde (ex illis lectionibus) Planudes infeliciter fecit: *Quem scieris esse minorem te.* imo imbecilliorem καὶ ὑποδεέστερον'. Ipse vertit: Ὃν σεῦ ἀκιδνότερον νοέεις. rell. *Cui* scieris n. e. p. *te* R. (m. glossatoris mut. *cui* in *quem*). *Quem videas* non esse Ven. 93. *temp.* c^e^orde R (m. gloss. corr.). ce//// de T (corr. 1. m.) *co*rde Coll. Voss. Veterr. Reg. Vict. *avito* Leid. II. Coll. Voss. supera*re* Leid. II et Ital. De Disticho conf. Cannegieter. l. l. cap. XXX pag. 488.

11. Adver*sum* SYHT. Leidd. I, II, Coll. Voss. Vet. Reg. et Turic. Advers////(u) E cum rasura. *notum* conf. I, 33. Adver*sus socium* (Planudes ἑταίροις) Withof. p. 549. Ad sensum lege Cic. Am. 21. 'Cavendum vero, ne etiam in graves inimicitias convertant se amicitiae: ex quibus iurgia, maledicta, contumeliae gignuntur.' *minimis* ἐξ ὀλίγων Scaliger. ἐκ τυτθῶν μύθων Planudes. *verbis minimis* V Leid. I. verbis *minis* int. maxime cr. Leid. II. Veterr. Reg. et Coll. Voss. *His* verbis minimis int. maxime cre*scunt* Turic. Lis verbis *minis* Y. Lis *numis* verbis M. *Lis* pro *iurgio*, ut supra I, 36. *His* minimis *rebus* SEH. Lis *rebus* minimis int. R. cres*cunt* SEH. Rox. cresc//// R (rasura et corr.) maxim^a^e T (1. m. corr.).

12. *sorte* reddit Planudes per κλήδοσι, Scaliger per κλήρῳ. Erasmus voluit κλήροισι verum distichi sensum sic exponens: 'Ne sortilegiis ac malis artibus inquiras, quid de te futurum sit: quandoquidem id Deus sciri non vult; neque enim te in concilium adhibet, cum aliquid decernit de te; quod si te vellet id scire, nimirum accerseret te in concilium'. Quod deus int.

13. Invidiam nimio cultu vitare memento:
Quae si non laedit, tamen hanc sufferre molestum.
14. Forti animo esto, cum sis damnatus inique:
Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo.
15. Litis praeteritae noli maledicta referre:
Post inimicitias iram meminisse malorum est.
16. Nec te conlaudes, nec te culpaveris ipse;
Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis.
17. Vtere quaesitis modice. Cum sumptus abundat,
Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.
18. Insipiens esto, dum tempus postulat aut res:
Stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

Vet. Chart. Qu*od* statu*it* Vet. Chart. Leid. III. Boill. inten*dit* Caxt. 861. Bas. Neap. Qu*od* deus M Caxt. 861. 83· sta*tuit* DKM Vox. Pr. Caxt. 861. 83. Bas. Neap. Qu*od* DKV. Qu*ot* M Vox. Bas. Neap. *deliberat ille* RSHYT. Leid. II. Turic. delib. *iste* Coll. Voss. *deliberat ipse* EDKV Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Venn. 91. 93. et Daum. Arntzen. delibe*ret* Leid. I. et ex meis rell.

13. Planudes: *Βασκανίην φυλακῇ πάσῃ τὰ μάλιστα φυλάσσου.* Scaliger: *Μὴ φθόνον ἐκ κομιδῆς περιέργου τοὶ περιάψῃς. Nimius cultus* 'est, qui Graece *περίεργος κομιδή*, nimia cura circa corporis cultum et munditias'. *Invidiam nimio cultu* subaudi *conflatum*, aut *ex nimio cultu.* Erasmus. Withof. p. 550 voluit: '*Invidiam* nim*ii* cul*tus* i. e. *invidiam nimio cultu ortam,* vel quam nimius cultus secum trahit excitatve. tamen h*unc* (cultum) Leid. II. Coll. Voss. molestum *est* B Ital. Neap. Ven. 93. le*dat* Caxt. 861. al. l*aedit* et l*edit.*

14. *Forti animo esto* RHSET (*esto* erasum) BVRox. Leid. II. et Y cum rasura inter *esto* et *cum* atque ed. Ital. Synalaephe neglecta est, ut saepe in Vergilio. v. Taubm. ad A. I, 16. *Esto forti animo* MXPr. Caxtt. 861. 83. Venn. 91. 93. et Florent. *Esto animo forti* DV et Daum. Scriver. Arntzen. *Forti animo maneas* Turic. *cum* sis RHEYSTV Ven. 91. al. qu*am* sis. da*mn*atus RSF etc. da*mp*natus EHTD al. *qui iniquo iudice vincit* RT (corr. 1. m.) Leid. III. Coll. Voss. et Turic.

15. L*itt*is B. m. s. mal*a* dicta Ital. ut Tib. II, 101. *referre* c. per vocem refricare i. apud animum secum reputare, narrare Arntzen. inimicae *irae* legit Ditmarus, teste Daumio.

16. co*n*laudes RT Leidd. I. et II. et Turic. co*llaudas*, Pr. Scitius legatur fac*i*ant. Daumius.

17. *parce* Scaliger, vulgo *modice.* Alii *habundat,* ut ET, alii, ut SRH, abundat. par*vum* temp. Turic. *labi* de divitiis, quae paulatim atteruntur, ut Tib. I, 7, 59: *labentur opes,* et *dilabi,* ut Sal. Catil. 2 et Jug. 10: Nam concordia parvae res crescunt, discordia maximae dilabuntur.

18. Incipiens Edd. Caxt. 861. Paris Lugd. 1626 aliaeque, teste

19. Luxuriam fugito; simul et vitare memento
Crimen avaritiae, nam sunt contraria famae.
20. Noli tu quaedam referenti credere semper:
Exigua his tribuenda fides, qui multa loquuntur.
21. Quae potu peccas, ignoscere tu tibi noli;
Nam crimen nullum vini est, sed culpa bibentis.
22. Consilium arcanum tacito conmitte sodali:
Corporis auxilium medico conmitte fideli.

Arntzenio. *dum* tempus Caxt. 83. Ad verba *dum tempus postulat aut res* v. supra dist. 5. *loco* Planudes *που*. Scaliger: *Ἀφροσύνης ἐπίκαιρος ὑπόκρισις*. Zuberus male: *τόπῳ, in loco*. Hor. C. IV, 12, 28. *summa prudentia est* Leid. III.

19. simul *e*vitare Coll. Voss. Luxoria R. (2. m. corr.). 'pugnant inter se Luxus et Avaritia: nam alterum est profusi, alterum sordidi: utrumque vitium iuxta fugiendum est, utpote quod foedam pariat famam. Si quidem qui nimium parci sunt, audiunt *χυμινοπρίςται* i. e. cumini sectores, et *σῦκα μέριζε* i. e. ficos divide similiaque. Qui luxu sua profundunt, nepotes et lurcones appellantur'. Erasmus. fa*me* Turic. Caxt. 83. *vite* Pr.

20. Exiguaē tribuenda fides R. (ē trib in rasura). Exigue T (e in rasura). Ex quo patet, aliud quid a 1. m. fuisse scriptum; aut dativum *his* — *qui* (Wach. et Scriver.) aut *iis* — *qui* (Daum.). Verum quidem est, plurimos et vett. et recc. libros tueri *est (Exigua est. trib. fid.)* ut YSEBKV Mox. Vox. Rox. Ital. Caxtt. 861. 83. Ven. 93 et Leidd. II. III. Vet. Chart. Membr. Voss. Veterr. Reg. Turic. teste Arntzenio, qui *est* — *quia multa loquuntur* (sc. homines. conf. Cic. Am. 21: omnium vitiorum una cautio est, ut ne nimis cito deligere incipiant) recepit. Exigua fides est trib. *quia* multa *loquᵭur* H. Ven. 91 (loquuntur). quia BDKVT (2. m.) Vet. Chart. et Membr. Voss. Arntzen. Exigua trib. (om. *est*) MVX. Exigua est fides, *quia multi* multa loq. MPr. Bas. Neap. Caxtt. 861. 83. Ital. Boill. Flor. repetitum ex I, 13. Exigua *iis* trib. fid. *qui* Leid. I. Erasm. Gryp. Cord. Cruc. et recentiores quaedam, quarum nonnullae *his*. ī̄o (ideo) qui X.

21. Quae pot///u//// R (rasurae, ex *potius* factum *potu*). Quae pot/// T (rasura) Turic. quę pot u////// Y (rasura. u. a. 2. m.) *Quod puta* peccas M. *quod* pot*u* peccas D Mox. Vox. Put. 'Vet. Reg. Vet. Chart. Leid. III.' Caxtt. 861. 83. Bas. Neap. 1658. *Quae* pot*us* peccas Withof. p. 550. 'Horatius voce *potus* verbaliter saepe utitur.' *μέθη* Scaliger. *οἴνῳ σφαλλόμενος* Planudes. *Quae potus* ed. Pith. Scaliger. Daum. Arntzen. rell. *Quae potu. Nam crimen nullum viri est* YSERV 1658. Arntzen. *est* om. HB. Nam *nullum crimen* vini est DKX 'Leid. III. Aug. Vind. Boill. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. Ven. 91. 1658. om. *est* Caxt. 861. *Nam crimen vini* nullum est Paris. Nam nullum est vini crimen Scriver. et rell.

22. Arntzenius confert ad sensum Sen. E. I, 3: Tu vero omnia cum

23. Successus tu noli indignos ferre moleste:
Indulget Fortuna malis, ut laedere possit.
24. Prospice, qui veniant, hos casus esse ferendos:
Nam levius laedit, quicquid providimus ante.
25. Rebus in adversis animum submittere noli:
Spem retine; spes una hominem nec morte relinquit.
26. Rem, tibi quam nosces aptam, dimittere noli,
Fronte capillata; post haec Occasio calva.

amico delibera et supra I, 10. ar*ch*an. R. committe sodali T (sodali in rasura). commi*tt*ere M Ital.

23. Successus *tu noli* indignos Y. Successus noli ///// (noli a 1. m. in rasura) *dignos* H. Successus *indignos* noli tu SE (nol*ite*) H in rasura *tu* a 1. m. supra *noli*. DM (indig*no*) Rox. Ital. et Leid. II. Successus *dignos* noli tu BKV Mox. Vox. Leidd. II. III. Turic. (erasum *dignos*) Boill. Successus indignos noli *sufferre* Bas. Neap. Chouet. Flor. Succ//// dignos Noli tu R. Successus *dignos* (gl. bonos) tu noli X. Successus noli (tu?) indignos not. MS. 1628. Success*um* indign*um* noli *sufferre* Ven. 93. *Noli successus indignos* Arntzen., qui refert 'Nil quatuor MStorum Collationes hic mutant.' *Successus indignos noli ferre* Aug. Vind. Erasm. Euchar. *Nolito indignos successus* Scriver.

24. veni*ant* RYSHE Leidd. I. II. Veterr. Reg. Turic. et Edit Paris. veni*ent* (2. m. *ūt* suprascr.) T. rell. veni*unt*. 'Boill. Erasm. Gryph. Cord. et Cruc.' Daum. Scriver. 'Quicquid *accidere potest* homini' Erasmus. veni*ant* Arntzen. *hos casus* RYHES (1. m. mut. *causas* in *casus*) BDKVXM Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Bas. Neap. Venn. 91. 93. Daum. Arntzen. *casus hos* Scriver. quicquid RX Caxt. 861. Ven. 91. Daum. rell. qui*d*quid. providimus R et Turic. (1. m. corr. *prae* mut. in *pro*). *pro*vidimus Veterr. Reg. rell. *prae*vidimus. Haec verba saepius in MSS. confunduntur. conf. Cort. ad Sal. Catil. 21. conf. Terent. Andr. I, 2, 12. *praevideris* 'Editt. Erasm. Gryph. et multae aliae'.

25. *suspendere* HT (1. m. vel su*m*mittere s. a soliditate gl.). *subspen*dere Turic. sub*vertere* Ital. rell. sub*mittere*. homin*em* YSETBDKM Pr. Bas. Neap. Venn. 91. 93. *animum* Caxtt. 861. 83. homin*es* Ed. Flor. et Scriver. Spes *vera* Bas. Neap. *in* morte BK. *non* morte M Pr. Caxtt. 861. 83. relin*quet* Caxtt. 861. 83. Spem reti*nere* Caxtt. 861. 83.

26. nosc*is* STKX (*nocis*.) Bas. Neap. Ital. Caxtt. 861. 83. Ven. 93. nos*cas* B. rell. nosc*es*. (nosc*eris* V Pr. Ven. 91). 'Leid. II. Coll. Voss. Turic. Aug. Vind. Euchar. Trem. Paris. Flor. Boill. Erasm. Gryph. aliaeque. post *haec* occ. RYSHETDKVBM (hec) Put. Caxtt. 861. 83. Ital. Ven. 91 et coll. Voss. Vet. Chart. Veterr. Reg. Turic. quod comprobant Edd. melioris notae omnes', ut Boill. Erasm. Gryph. Post haec o. c. *est* Leid. III. Ital. Caxt. 83. *est* post *haec* Ven. 93. post *hoc* Pr. Fronte capillata *est sed post* o. c. Chouet. Fronte *capillata, sed post* O. c. Cord. et Cruc. In

27. Quod sequitur, specta, quodque inminet, ante videto:
Illum imitare Deum, partem qui spectat utramque.
28. Fortius ut valeas, interdum parcior esto:
Pauca voluptati debentur, plura saluti.
29. Iudicium populi numquam contempseris unus:
Ne nulli placeas, dum vis contempnere multos.
30. Sit tibi praecipue, quod primum est, cura salutis:
Tempora ne culpes, cum sis tibi causa doloris.

ed. Gryph. maiori littera Occasio recte scribitur. conf. Auson. XII, 3: Sum Dea, quae rara et paucis *Occasio* nota. Withof. Dissert. II. p. 550: 'Vera lectio est: Fronte capillata, *postica* occasio calva est; non postico, vel ut vulgo legitur ineptissime *post est.* Omnes tres priores voces sunt casus ablativi, *postica* vero ἐλλειπτικῶς ponitur, nempe *parte,* ut Latinis usitatissimum'. Hanc lectionem Wachius haud dubie verissimam dicit laudans Sanctii Minervam de Ellipsi IV. p. 625. ita scribentem: Fronte capillata, *postica* occasio calva. Sic enim legendum est, subaudiendo *parte postica.* Arnob. Lib. V. *ex parte* postica'. Malscius pro *postica* supposuit postico. *post est* occasio calva Arntzen. (cum Daumio scilicet). *post est* Occasio calva Scriver.

27. *quod* imminet MV Ital. Bas. Neap. Caxt. 861. *Ex*pecta Leid. II. Turic. Aug. Vind. aliaeque distinguunt *quodque imminet, ante videto.* Scriver. et Arntzen.: *quodque imminet ante, videto.* specta*que* quod *e*minet Leid. III. *e*minet D Pr. Boill. *quicquid* imminet Ven. 91. *innuet* Caxt. 83. partem qui T Venn. 91. 93. pa*tr*em qui YSEH Ital. (p̄rem). utr*an*que Pr. utr*um*que SEHKM. qui *ex*pectat utr*um*que Leid. II. pa*tr*em qui *exs*pectat ut///nque (cum rasura) Turic. *qui partem* Scriver.

28. Fort*ior* ut Pr. Caxt. 861. Bas. Neap. 1658 et 'Vet. Chart. Leid. III. Aug. Vind. Euch. Trem. Pulm. Paris. Flor. Erasm. Gryph. aliaeque' et ipse Arntzen. Forti*or ne* M. Rell. codices mei tuentur Forti*us.* Caxt. 83 for*cius.* par*t*ior RYS Ven. 91. vo*lun*tati perperam exhibent Collationes quinque Coll. Voss. Vet. Chart. Vet. Reg. Leid. II. Turic. conf. IV, 10.

29. *Nec ulli* V. *Nam nulli* Caxt. 83. cont*empse*ris RHET. con*tempnere* RHETS. *unus* i. solus ut II, 7.

30. *quod* i. quia. conf. Cannegieter. cap. XXXI pag. 492. *Tempora* ne culpes i. temporis incuriam ne accusa. *Μὴ ψέγε τὰς ὥρας* Scaliger (*καὶ μὴ καιροὺς αἰτιῶ* Planudes), explicans: 'Multi aegrotare incipientes, caussas valetudinis in *anni tempus* conferunt. Autumno e. gr. febres vulgo increbrescunt. Caussam homines in autumnum, non in victum immoderatum rejiciunt'. *ne* culpes Leid. I. *nec* culp. RHT Leid. II. Coll. Voss. Turic. Arntzen. Withof. p. 550 defendit *nec* culpes: 'praecessit enim aliud praeceptum, quocum hoc coniungunt'. Tempor*e* ne E. tempore nec H. *ne* praeferendum, ut I, 2, praesertim cum omnium fere librorum auctoritate munitum sit. *nec* ortum ex sequentis verbi initio, ut in disticho subseq. *nec cures* y. Tempora Erasmo sunt tempestates et coeli temperies. Arntzenio

31. Somnia ne cures; nam mens humana quod optat,
Dum vigilans sperat, per somnum cernit id ipsum.

tempora adversa, calamitosa, quae dolorem animo conciliant et saluti obsunt, et astra, quae temporibus imperant. Sunt potius vicissitudines i. anni. *Que* primum Pr. cum *sit* tibi RYHETVDKMS (corr. *it* in rasura) Leidd. I. II. Coll. Voss. Turic. Ven. 91. *Sic* tibi Caxtt. 861. 83. rell. cum *sis* tibi. cum *tu* tibi? conf. I, 32. cum *sint* tibi Pr. Caxtt. 861. 83.

31. nec cures Y Rox. Leid. II. Coll. Voss. Vet. Reg. et Turic. *mens quod optat humana* Leid. I. op*tans* Arntzen. op*tat* omnes codices et omn. fere Editiones. Dum vigi*lat* sper*ans* Erasm. Gryph. Cord. Cruc. Scriver. Dum vigil*at* sper*at* RHSYETDBKVM (*su*pat) Pr. Ital. Caxt. 861. 83. Ven. 91 'Leidd. tres, Vet. Chart. Vet. Reg. Membr. Voss. Turic'. Dum vigi*lans* sp*erat* Coll. Voss. Ital. Daum. Dum vigilat, spec*tat*, per somnum *semper* id ipsum. Boxhorn. Contra Withof. p. 550 *cum* inprobat emendans: *Aut* vigil*ans* sper*at*. Dum vigi*lat*, spe*rat* Arntzen. Vigil*at* ortum videtur ex op*tat* et sper*at*, ingrata *κακοφωνία*. De rebus vide Daumium et Wachium, de verbis Arntzenium. somn*ium* Pr. id ipsum, ut I, 22. *Perdit* id ipsum Vox. Veterr. Reg. Leid. II. et Ed. Boill.

LIBER TERTIVS.

(Disticha 24.)

Hoc quicumque voles carmen cognoscere, Lector,
Cum praecepta ferat, quae sunt gratissima vitae,
Conmoda multa feres; sin autem spreveris illud,
Non me scriptorem, sed te neglexeris ipsum.

* * * *

Instrue praeceptis animum, ne discere cesses:
Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.

EXPLICIT LIBER SECVNDVS (II. S) TS. EXPLICIT LIBER II. Leid. II. INCIPIT LIBER TERTIVS YHE et ST. Explicit pars metricalis scda. Incipit tercia pars feliciter Pr.

1. Hoc *quicumque voles* RYSHET Coll. Voss. Vet. Reg. Recentiores, ut Cant. Vniv. Mox. Digb. 328 et DFKVX Venn. 91. 93. et Arntzen. habent: 'Hoc quicumque *velis*'. *quae* cu*n*que *voles* Leid. II. Hoc quicumque *cupis* Vox. Leid. III. Vet. Chart. Bas. Neap. Hoc quicumque *voles* (gl. 1. m. pro *vis*) T. uole/ (2. m. mut. uoles in vel*i*s) S. uel' = vel*it* B.

2. *Cum praec. ferat.* 'Ita emendatissime in Pithaeana'. Scaliger, quem secuti sunt Daum. Scriver. Arntzen. Altera lectio est: *Haec* praec. *feres* BDF Caxtt. 861. 83. Ven. 93. Haec pr. fer*as* K 328. Rawl. 60. Digb. (2. m.). *Cum* praec. fer*at* plurimi Codd. et Edd. fere omnes. *Haec* praec. quęras Bas. Neap.

3. 'Hic prologus in omnibus tam scriptis quam excusis libris sex versibus conceptus est. Sed Auctor quatuor tantum versiculorum fecerat. Nam tertius et quartus componunt primum Distichon huius Libri. Et mirum, nemini de hac traiectione obeluisse'. Notandum est, distichon secundum (Conmoda multa etc.) in codd. RYEHT Mox. Rox. Vox. et DFKMVX atque Edd. Pr. Ital. Caxtt. 861. 83 postpositum esse tertio (Instrue praeceptis etc.). abest a Mox. Vox. Rox. Digb. Rawl. 60. Ven. 93).

4. ip*sum* Rawl. 60. Camp. V. Pr. rell. ip*se.*

5. *ne* discere RYETBDFKV Vniv. Digb. Rox. Vox. 328. Rawl. 60. M. Pr. Ital. Caxt. 361. 83. Venn. 91. 93. et Leidd. II. III. Coll. Voss. Vet. Chart. Vet. Reg. atque Ed. Boill. rell. *nec.* nͤ H (1. m. corr.) infra IV, 27: *discere ne cesses.*

6. *y*mago codd. recc. ut KV et Caxt. 861. *mortis imago* Ovid. Am. II, 9, 141 (somnus). Otium sine litteris mors Sen. E. 85. Dicendum est,

[1. Fortunae damnis semper parere memento:
Non opibus bona fama datur, sed moribus ipsis.]
2. Cum recte vivas, ne cures verba malorum,
Arbitrii non est nostri, quid quisque loquatur.
3. Productus testis, salvo tamen ante pudore,
Quantumcumque potes, celato crimen amici.
4. Sermones blandos blaesosque cavere memento:
Simplicitas veri fama est, fraus ficta loquendi.

Daumium atque Arntzenium cum Scaligero hoc distichon (Instrue etc.) tamquam primum Libri tertii capite posuisse. 'Scriverius autem hanc esse huius libri *praefationem alteram* existimavit, inductus forte auctoritate MSti Boxhorniani. Arntzen. Equidem neutrum accipiens, ordinem distichorum, quem plurimi optimique Codices indicarunt, statuendum esse arbitror hunc: 1. 3. 2: *Hoc quicumque — vitae; Instrue — mortis imago; Conmoda multa — neglexeris ipsum.* Quo pacto huius Praefationis sententiae bene procedunt.

1. Hoc distichon neque in Codicibus neque in vett. Libris inpressis legitur, atque a Planude omissum est. Erasmus non interpretatus est. Dedi, ut Scriverius concepit. Scaliger mutavit. Fortunae *donis* raro 'aut parce, quia contrariam priori sententiam concludit posterior versus'. Daumius eum secutus est, Arntzen. *donis* recepit, *semper* servavit. *dona Fortunae* ex Cic. Am. 15. conf. Hor. C. III, 8, 27 '*parere* Scaligero est *ostentare sese, πομπεύεσθαι*, ἐλλαμπρύνεσθαι, ut vertit, sive φαντάζεσθαι, cuius usus Arntzen. exemplum quaerit. Quid autem? Inducti librorum auctoritate hoc distichon censemus supposititium, ut Cannegieterus exeunte cap. 24, ubi, quae in Monostichis leguntur, adfert lectionem hanc:

Non opibus bona fama datur, sed *moribus almis.* Withof. p. 552 voluit: Fortunae donis *temet praeferre* memento. 'te ipsum i. animum tuum eiusque dotes memento praeferre divitiis, bonis fortunae et eiusmodi rebus externis, proprie ad nos ipsos non pertinentibus; etiam *praestare* legi posset'.

2. *vives* Rox. Leid. II. Coll. Voss. Vet. Reg. Edd. Cord. Cruc. *nec* cures Y Turic. *Arbitrii nostri non est* BDKM Camp. X. Leid. III. Turic. Pr. Ital. Bas. Neap. Caxt. 83. Ven. 93. 1658. Arbitr*ium* n. e. *nostri* Vox. Veterr. Chart. rell. *Arbitrii* n. e. *nostri.* qu///d quisq. T (rasura). *quod* quisque BKMX Pr. Ital. Venn. 91. 93 et Flor.

3. Produc*tis* testis Rox. Vet. Reg. pudore i. existimatione Scaliger. fama Daum. Plin. E. II, 4: famam pudoremque *defuncti suscipere.* salvo favore, salva gratia Arntzen. ante pudor*em* Ven. 93. *Quantum cumque* Turic. quan*to*cũq; Y. *cae*lato R.

4. blesosque RB Ven. 91. 'Turic. et in multis Edd. ut Aug. Vind. Trem. aliisque'. Gr. βλαισὸς et βλέσος. conf. Ovid. Art. III, 294: *Blae-*

5. Segnitiem fugito, quae vitae ignavia fertur;
Nam cum animus languet, consumit inertia corpus.

saque-lingua. vitare memento EV Pr. Ital. Bas. Neap. Ven. 91. Simpl. veri *fama est* YSHETBDKM (*vim* pro *veri*) VX Caxt. 83. Bas. Neap. Ital. Venn. 91. 93 atque omnes codd. Arntzenii. Daumius refert: 'Pithoeanae lectioni consentiunt Ascensii, Branti, Colon. et Lipsiens. veteres Editiones: Laudatque ita Hieremias Paduanus Part. II. Lib. II cap. VIII. Accius, ut volunt, Fabul. XXXIX, 9: *Simplicitas veri, fraus estque puerpera falsi*'. Scaliger: 'Ita editio Pithoeana. Vulgares male: Simpl. veri *sana* est. — *Fama* hic est *μαρτυρία*, aut argumentum. Quemadmodum simplicitas vero praecurrit, ex fraude Hypocrita. *Ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ*. Eurip. quod cessit in proverbium'. Vera sane haec lectio est: *Simplicitas* est fama veri i. veritatis s. veracitatis; *fraus* est fama loquendi ficta. Brevior est, non tamen obscura dictio. Noli explicare: Simplicitas verum fatur, fraus, ficta; dolus est fandi fictor ut Vlysses Verg. A. IX, 602. Coniunge potius *fama veri*, ut fama inconstantiae Cic. ad Div. I, 9. fama temeritatis Cic. ad Brut. 18 etc. Nihil ergo mutandum. Mutationes autem sunt frequentes. Erasmus agnovit *sana*. Scriver. edidit *norma*. Malscius *excogitavit*: Simplicitas, veri *norma* est; *laus* f. l. Arntzenius lectionem Codicum servans tamen legendum putavit: Simplicitas *vera* est *fantis*, fraus f. loquentis, atque amicus quidam eius: Simplicitas vera est *fantis*, *frons* ficta loquent*is*. Fraus ficta loquen*tis* vera esset lectio, si verba *veri fama* non accipienda essent *fama veritatis* sive *veracitatis*, sed *fama veri hominis*. conf. Terent. Andr. II, 5, 12: *sum verus* Plin. E. IX, 25: *vir verissimus*. ibid. IV, 22: quo viro *nihil verius*, nihil simplicius. Withof. p. 553: Simplicitas veri *plana* est, 'naturaliter se habens, non affectata, fraus loquendi vero ficta, et instar Protei in varias formas figurasque se convertens'. Barthius legit: Simplicitas veri *forma* est. *fama fraus est* transp. F.

5. Erasmus: *ignava et otiosa vita* fugienda est. Nam torpor animi corpori quoque situm et languorem adducit. Animi exercitatio corporis quoque valetudini confert'. 'Asininam tautologiam' in hoc versu videntem Boxhornium (p. 362) inprobauit Cannegieterus p. 492: 'nam segnitiem animi facit, ignaviam vitae vel corporis', totum distichon suppositum arguens. Audiatur Withofius p. 553: 'Ineptus circulus *καὶ δὶς ταῦτα*, *fugito segnitiem, quae est ignavia* et talis esse fertur. Asininam tautologiam vocat Boxhornius *merito;* sed immerito optimo Auctori culpam tribuere non dubitat. Forte aliquis probare posset, si loco vocis *ignavia* poneretur *infamia*. Sed sequens versiculus incipiens voce *Nam* ostendit hic vocem positam fuisse, qua aliquid damnosum significatum sit. Sine controversia sic unice emendandum est: quae vitae *noxia* fertur. Iam ratiocinium aptum iustumque est'. Et Daumius segnitiem sc. animi exponit. Sic Quintil. XI, 3, 52 dicit: *segnitia solvit animum*, et Serv. ad Verg. A. I, 423: Alii *ardentes ingeniosos* dicunt; nam per contrarium *segnem* i. *sine igni, carentem ingenio* dicimus. — Segniciem V Turic. vi*ta* ign. Turic. que *fertur ignavia vite* Pr.

6. Interpone tuis interdum gaudia curis,
Vt possis animo quemvis sufferre laborem.
7. Alterius factum ac dictum ne carpseris umquam:
Exemplo simili ne te derideat alter.
8. Quod tibi fors dederit tabulis suprema notato,
Augendo serva, ne sis, quem fama loquatur.
9. Cum tibi divitiae superant in fine senèctae,
Munificus facito vivas, non parcus, amicis.

6. *quem vis* scribere cum Viro Docto ap. Arntzen. minime opus est. Eadem sententia occurrit in Phaedro III, 14. Seneca de Tranq. an. 15. Aristot. Polit. VIII, 3.

7. *V*lterius D. *factum ac dictum* YSHT et R (2. m. mut. *ac* in *aut*) Turic. factum ne///c E (rasura. 2. m. saec. X. suprap. *et*) *μήτ'* Planudes. *factum vel* dictum M Camp. *dictum vel* factum DFV Caxt. 83. Bas. Neap. *dictum aut* f. BKX Vox. Vet. Chart. Leid. III. Pr. Caxt. 861. Ven. 93. Daum. Arntzen. *factum aut* d. Scaliger. Ital. Scriver. In Terent. Andr. II, 3, 7. Heaut. IV, 5, 12 alio tamen sensu legitur: *dictum ac* factum. *nec* carps. Turic. *carpere* i. perstringere, *decidere*. Ovid. Pont. III, 1, 64: facta. Cic. Balb. 26: maledico dente.

8. Que tibi V. *Quae* tibi 'Vet. Chart. et Edd. Aug. Vind. Euch. Trem. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. et quaedam recentiores', adstipulante Cannegietero *fors suprema* i. haereditas. Hor. E. II, 2, 173. *tabulis* s. testamenti. Iuv. II, 58. IV, 19. XII, 123. XIV, 55. Brisson. de Formulis p. 528. Ovid. A. II, 332. Martial. V, 41, 2: *supremas* tabulas signare. Plin. E. II, 20 etc. *notato* i. 'scripto in tabulis testamenti'. At Planudes *notato* verbaliter reddidit *ἔγγραφε χλῆρον, ὃν ἔσχες πατρόθεν ἔγγραφέ μοι πινάχεσσιν*; adde Zuberum: *τήρεε δέλτῳ* et Mylium: *δέλτοίσι φύλαξον*), quum sit *γεγραμμένῳ*, ex Scaligeri sententia. Erasmus: 'Quod tibi obvenit ex testamento tuorum, id serva, ne fias vulgo fabula (*Quod fors suprema*) i. e. haereditas, (*dederit tibi notato*) i. e. inscripto tabulis instrumentariis, vel (no*tata*) i. e. scripta tabulis, (*augendo serva*) i. e. ita serva, ut augeas etiam. Vulgus enim multa dicere solet, in *νεοπλούτους* i. e. in novas nactos divitias'. Withof. p. 454, 'qui pro *Augendo serva* exspectat *auge servando* et verba *ne sis, quem fama loquatur* nihil aliud significari posse ait quam: ne sis qui *celebreris*, qui nomineris, ne sis clarus (Sen. Herc. Oct. 205: *Fama loquetur* i. celebrabit), emendandum censuit: *Augendo cura*, ne *segnem fama loquatur* i. e. quod tibi sors ultima in testamento dederit, illud dum auges, cura, ne fama loquatur et disseminet, te esse hominem segnem, et ignavum, qui instar draconis vel incumbat thesauro, vel etiam negligat, nec eum propria diligentia augere queat'. conf. I, 39: Conserva potius etc. Augendo*s* serva Turic. su*p*prema T Caxt. 861. fama *s*equatur Caxt. 861. supr. *uocato* Pr.

9. *superant* i. super*sunt*. *in fine senectae* 'i. extrema senectute, quam

10. Vtile consilium dominus ne despice servi:
Nullius sensum, si prodest, tempseris umquam.
11. Rebus et in censu si non est, quod fuit ante,
Fac vivas contentus eo, quod tempora praebent.
12. Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis,
Nec retinere velis, si coeperit esse molesta.

decrepitam vocant' Erasmus. super*ent* TKV Ven. 91. senec*tus* Turic. Pr. vi*vus* Coll. Voss. 'Vellem codex antiquus hanc addiceret emendationem:

Munificus *vivas caris*, non parcus amicis'. Arntzen. conf. I, 40: carus amicis. parcus amici//s (rasura) RT. amic*us* EH Camp.

10. *dominus* 'dominus existens, cum sis dominus, δεσπότης ὤν. nominativus vice vocativi'. Daumius. *non* despice Vox. Vet. Chart. Leid. III. *di*spice Caxt. 83. Nullius si prodest sensum *tempseris* umquam RYS (cum ad marg.) H. si *prodest con*tempseris u*n*quam DM Pr. Caxt. 861. Bas. Neap. X (om. *si*). Nullius si prodest sensum *con*tempseris u. Coll. Voss. Nullius si prodest sensum *cont.* EV Leid. I. II. Boill. prodest tempseris Ven. 93. Si prodest nullius sensum contempseris unquam Ven. 91. Null*u* si prodest servum contempseris u*m*quam Turic. *prodest ne carpseris* F. carpseris unquam Vox. Leid. III. Vet. Chart. cum Daumio Arntzen. Nullius sensum, si prodest, temseris unquam (u*m*q. Arntzen.) Scriver: Nullius sensum si prodest, *sprev*eris unquam.

11. *Rebus et in censu* RYHTDVE (in *cessu*) BKMVX Pr. Bas. Neap. Ven. 93. *in*censu. S Ital. Ven. 91. Flor. in *sen*su F Caxtt. 861. 83. *In censu et rebus* transposuit Scriver. conte*mp*tus YH (mp erasa) BK Leidd. I. II. conte$\overset{N}{m}$ptus R (1. m. corr. suprascr. N). Withof. p. 555 proposuit: *Privatim* in censu si non est, conferens Hor. C. II, 15, 13: *Privatus* illis census erat brevis, et Salvianum de Gubern. I. p. m. 12: *Licet privatim pauperes essent, divitiis tamen abundabant communibus.* Inter v. 10. et 11. Cod. Vox. posuit distichon IV, 37:

Tempora longa tibi noli promittere vitae:
Quocunque ingrederis sequitur mors corporis umb*ram*.

12. '*fuge* i. cave ne ducas uxorem dotis causa; et si duxeris dotatam, ne dotis respectu eam retineas, si tibi gravis sit: sed contempta dote repudies'. Erasmus. *Fuge ne* pro *cave ne* rarius in usu erat quam *fuge* sequenti infinitivo, ut Hor. C. I, 19, 13: *fuge quaerere.* C. II, 4, 22: *fuge suspicari.* Tib. I, 4, 69: *fuge credere.* Ovid. H. IX, 15: *non fugit inposuisse. Fugere cum accusativo* pro *vitare* infra IV, 15: *fuge nomen avari.* Terent. Andr. V, 4, 22: f. bellum. Heaut. I, 1, 114: f. laborem. *Nec retin.* Ed. Ven. 93 et omnes Codd. praeter Leid. II., qui habet *ne*, quod Arntzenius recepit cum Cannegietero, qui capite XVIII. p. 436—443 de tota hac re contra Boxhornium (p. 360) prolixius disputavit. *Ne* etiam Barthius amplexus est, 'ob amittendam cum uxore dotem'. Daumius. Planu-

13. Multorum disce exemplo, quae facta sequaris,
Quae fugias: vita est nobis aliena magistra.
14. Quod potes, id tempta, operis ne pondere pressus
Succumbat labor et frustra temptata relinquas.
15. Quod nosti factum haud recte, nolito silere,
Ne videare malos imitari velle tacendo.

des vertit ὡς μή, Scaliger Μήτε. Withof. p. 557 locum existimat corruptum atque exigua mutatione sic emaculandum:

Vxorem fuge ne ducas sub nomine dotis,
Ne regnare velit, si caeperit esse molesta,

conferens Iuv. VI, 150: Interea calet et *regnat* etc. et v. 225: *Imperat* ergo viro, sed mox *haec regna* relinquit, et Seneca in Herc. Fur. 63 pari modo de alia re loquitur: *vacuo volet regnare mundo.* adde Hor. C. III, 24, 15: *Nec dotata regit virum Coniunx, nec nitido fidit adultero.*

13. *exemplis* T Turic. aut quia *multorum* credebantur *exempla*, aut ex Hor. S. I, 5, 105: Vt fugerem *exemplis* vitiorum quaeque notando. sed conf. supra dist. 8: *exemplo simili* et Terent. Ad. III, 3, 60: Denique inspicere tamquam in speculum in vitas omnium iubeo, atque ex aliis sumere *exemplum* sibi. et Andr. IV, 1, 27: Quid istuc tam mirum est, si de te *exemplum* capit. Liv. XXVI, 41: ingenii virtutisque exemplum. Ovid. F. VI, 759 etc. *nobis vita est* Ven. 93. *vitae*, ortum ex vita ē Leid. II. Coll. Voss. Vet. Reg. *vita nobis est* Leid. III. et Boill. *nobis est* aliena Pr. Caxtt. 861. 83.

14. *tempta* ETBDKMV Leid. III. Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Bas. Neap. temta HS (tēta///) temtato? rasura) Y. *tempta*to R (1. m. suprascr. *to*). *tentato* Daum. *tenta* Mox. Vox. Leid. II. Membr. Voss. Vet. Reg. Turic. synaloephe neglecta ut II, 14: *Forti animo esto.* adde Put. Ven. 91. *tentes* 'Editiones melioris notae omnes, ut et illa Scriverii' refert Arntzen., qui *tenta* recepit. *tentes* Daumius notavit ex Asc. Brant. Erasm. Fris. Cord. Lentuli et Pulmanni Edd. Vide eadem verba *Quod potes id tempta* IV, 33, simili sententiae argumento. *pondere operis*, ut *pondera curarum* Lucan. IX, 951. *senectae* Ovid. M. IX, 436. tantarum *pondere rerum* Trist. II, 237. *pondera rerum* ib. 251. *tempt*ata BV Pr. Ital. Leid. III. *mutata* Y (2. m. corr. *temptata*) R Rox. T (m. 2. corr. *tentata*) E. Vet. Chart. Coll. Voss. Veterr. Reg. Leid. II. Turic. relinque*s* Turic. *Tempta* et *temptata* ut I, 26: *simulat-simules.*

15. Hoc distichon magnopere vitiatum est in omnibus Codicibus: Quod nosti *factum non recte* nolo *silere* R Turic. Quod n. f. *non* rec*ti* no*li* silere YS (nolo 1. m. corr. glossa: *nolito tacere*). Quod nosti factum *non recte noli* silere ETK Ox. Ven. 91. Boill. *non sileatur* Ven. 93. Quod nosti factum *noli non recte* silere Camp. Quod n. f. n. rec*tum* no*li* silere VX Pr. Bas. Neap. Quod nosti (om. factum) *non rectum* nol*i* silere D Leid. II. Quod n. f. non rec*to* noli *silere* M. Quod nos*ci* f. n. *recte noli silere* Caxtt. 861. 83. Quod n. f. *prave* noli silere B. Quod n. f. *non recte haud parce*

16. Iudicis auxilium sub iniqua lege rogato:
Ipsae etiam leges cupiunt, ut iure regantur.
17. Quod merito pateris, patienter ferre memento,
Cumque reus tibi sis, ipsum te iudice damna.
18. Multa legas facito, perlectis neglege multa:
Nàm miranda canunt, sed non credenda poetae.

silere Flor. Quod n. f. non recte nolito silere Leid. III. Quod nosti noli factum non *rite* silere Leid. I. *non recte* notavit separatim Arntzen. ex Coll. Voss. *tacere* pro *silere* Aug. Vind. Euch. Trem. Paris. Flor. et Arntzen. legens: Quod nosti haud recte factum *nolito tacere*. 'Quae vox ideo ab indoctis commutata est, quia, ut iam saepius diximus, repetitionem (*tacendo*) vitiosam putarent, quod contra oportuerat'. Nihil ominus recte servarunt *silere* cum omnibus codd. longeque plurimis edd. Daumius et Scriverius. *tacere* etiam in ed. 1658. Ne videa*ris* mal. Pr. Ne vi*dere* Coll. Voss. Leid. II. imi*tare* Leid. II. Caxtt. 861. 83.

16. Scaliger: 'Haec est mens distichi: Praecipit Gnomologus invocare auxilium iudicis in lege iniqua, quam ipse temperet ea aequo et bono. Nam leges ipsae, inquit, opus habent, ut ad aequum et bonum corrigantur, ubi in eis infuerit aliquid, quod aequitati adversari videatur. Obscure vero Auctor dicit, *ut iure regàntur*. *Ius* hic est aequitas, *τὸ ἐπιειχές*. *Regere* est *corrigere*. Non enim est *διέπειν*, quod videtur Planudi, sed *διορθοῦν*, *εὐθύνειν*. *Auxilium rogare* est *confugere ad opem*, quod nos verbo signatissimo *σώζεσθαι* expressimus. *Iniquam* legem dicit ex mente proverbii: *Summum ius summa iniuria est*. Nam non est *ἄδιχος νόμος*, nisi *ᾗ ἐλλείπει δία τό δόλου*, ut ait Aristoteles. Quum igitur a pedaneo iudice sub iniqua lege damnatus fueris, quia pedaneo a rigore legis discedere non licet, tum confugiendum est ad iudicem, a quo provocatio non est, ut rigorem sententiae, *χαὶ τὸ τοῦ νόμου ἀχριβὲς*, ex aequo et bono, moderetur'. sub in*iquitate* R (m. 1. corr.) Coll. Voss. Turic. Ips*e* (Ven. 91) et*enim* leg. Pr. Caxtt. 861. 83. Bas. Neap. *te*gantur Aug. Vind. Erasm. *ro*gantur Ital. et rec. man. in Leid. II. et Quidam in marg. ed. Paris., teste Arntzenio. *rogato lege* Camp.

17. Quod *pateris merito* Camp. patienter (pac. E) *perfer id ipsum* YTE. rell. *patienter ferre memento*. Cu*n*que Pr. Ven. 91. te ipsum iud. Pr. da*mpna* ETKV rell. damna.

18. Pro *legas facito* habent leg. fac*torum* H (legis 1. m. corr.) R (rasura. 1. m. corr. *facito*) et *legas* vel factorum *phitorum* (1. m. suprascr. var. lect.) E. rell. *legas facito. lectis perlege* EH. rell. *perlectis perlege*. '*Multa quidem legas, sed cum iudicio*. Nec enim omnia vera sunt, quae legis apud poetas. Fortassis pro *perlege* legendum est *perline*, hoc est, *dele et corrige*, etiamsi Planudes vertit aliter (*μετέρχεο*)' Erasmus. Scaliger: *Πολλ' ἀναγιγνώσχειν ἐπὶ πλείστοις πλείον' ἀναγνούς*. Barthius Adv. XXVIII, 1, qui *perlegere* idem hic esse voluit ac *cursim et perfunctorie legere*, proposuit *elige*. Idem Libro LX. col. 2852 inquit: 'Hic versus vulgo non intelligitur, ne a sum-

19. Inter convivas fac sis sermone modestus,
Ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.
20. Coniugis iratae noli tu verba timere;
Nam lacrimis struit insidias, cum femina plorat.

mis quidem viris et ipso Jos. Scaligero. Ambiguitas enim est in altero *perlegere*, quod *cursim* significat, *et minime studiose aut laboriose percurrere.* Multa lege: cum multa perlegeris; plurima perlege, tantum ut obiter cognoscas, non ut in iis haereas etc. Fortassis pro *perlege* legendum est *perline*, hoc est, dele et corrige'. vid. supra. Vetus Scholiastes ait in quibusdam libris haberi: *perlectis neglige* multa. i. Sperne de his multa quae leguntur. Boetius: *Sententias serva sicut grana, perlecta projice sicut paleas. Non enim, quae in libris continentur, omnia sunt credenda.* Salisberiensis Policr. VII, 9. p. 373: Ait vel Cato vel alius, nam autor incertus est: *Multa legas facito, perlectis perlege multa.* Quo quidem aliquid esse utilius ad scientiam aspiranti facile non reddiderim, praeter observantiam mandatorum Dei, in qua singularis et unicus indubitanter est philosophandi profectus. *Sic tamen omnia legenda sunt, ut eorum aliqua* cum lecta fuerint, negligantur, reprobentur nonnulla, aliqua videantur in transitu, ut sint omnino incognita etc'. Haec lectio ex vet. Schol. petita transiit in edd. Scriverii et Arntzenii. *selege* edidit Ascensius i. segrega, rejice, neglige, seorsum lege'; *elige* aliquando malebat Barthius, Daumio teste, et Withof. p. 559 non acquievit in lectione *ter lege* sed 'Auctorem sic unice scripsisse nullus dubitat:

Multa legas facito: *ter Vatis* perlege multa;
Nam miranda canunt, sed *non ridenda* poetae. —

Praecipit itaque Auctor, multa esse legenda, poetae vero aut *Vatis* alicuius scripta multa esse vel *ter perlegenda* ob occultam sapientiam, et multa mirabilia, quae *minime ut lepida figmenta sint ridenda*'. Amicus temptavit: perlec*ti* selige *plura.* Similiter quidem Cannegieterus cap. III. p. 375: *perlecti neglige multa.* Conf. de hoc versu Eundem cap. IX. p. 407. credend*o* Leid. II.

19. *fac sis* ut I, 16: *Fac tibi succurrant. Inter convivas* (contervivas Leid. II.) *falsis* Vet. Reg. Leid. II. *Modestus sermo* sive modesta lingua (Ovid. H. XIX, 63) hic inter loquacitatem et urbanitatem ponitur. Pudet facta referre inhonesta, quae reticenda sunt, 'ita uti liberali esse ingenio decet', teste Terentio Hecyr. I, 2, 90, et modicis sermonibus utens non gloriatur (Liv. XXII, 27: inmodice inmodesteque gloriari). De urbanitate audiamus Quintilianum VI, 3: 'Vrbanitas dicitur, qua quidem significari video sermonem prae se ferentem in verbis et sono et usu proprium quendam gustum urbis, et sumptam ex conversatione doctorum tacitam eruditionem, denique contraria sit rusticitas'. Porro: Vrbanitas est, in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil peregrinum neque sensu neque verbis neque ore gestare possit reprehendi'.

20. nol*ito* Erasmus et Trem. Chouet. Cord. Cruc. Pulm. (in marg.) Nam lacr. *in*struit insid. Leid. II. Nam la*chry*mis *instruit* X Ven. 91. Nam

21. Vtere quaesitis, sed ne videaris abuti:
Qui sua consumunt, cum deest, aliena sequuntur.
22. Fac tibi proponas, mortem non esse timendam:
Quae bona si non est, finis tamen illa malorum est.
23. Vxoris linguam, si frugi est, ferre memento;
Namque malum est, non velle pati nec posse tacere.
24. Aequa diligito caros pietate parentes,
Nec matrem offendas, dum vis bonus esse parenti.

instruit insid. lacrimis Ital. Flor. (lacrymis). la*crimis* RSBDK Pr. Ital. noli *lamenta* timere Cannegieter. cap. XVIII. p. 442. conf. Tacit. Agricol. 40: muliebria lamenta. *dum* femina pl. BDKVX Leid. III. Pr. Caxtt. 861. 83. Ital. Bas. Neap. rell. *cum.*

21. Conf. I, 24: quaesitis utere parce. II, 17: Vtere quaesitis modice. et IV, 16: Vtere quaesitis opibus. ne *videaris abuti* pro ne abutaris apud Latinos et Graecos (Arntzen.). *alia* sequuntur Ven. 91. cum de*sint* Bas. Neap. rell. cum de*est.* seq*uun*tur omnes fere mei Codd. et Edd. et Arntzen. qui refert: 'Sunt Editiones optimae notae, quae seq*uun*tur exhibent, in iisque Scriveriana, adstipulatur quoque Leid. III. *Reliquis tamen Codd.* omnibus invitis, qui sequ*en*tur exhibent'. sequ*en*tur YE.

22. *Fac t. proponas.* conf. dist. 11. *Fac vivas* et I, 16: Fac t. succurrant. propon*is* Leid. I. p*rae*ponas Mox. VK (prep.) Voss. Membran. Bas. Neap. p*rae*ponas Turic. (a expu.). *pro*poenï:s R (2. m. mut. i in a). si non *est* RYSEHBDKVX Bas. Neap. Ven. 93. Daum. Arntzen. rell. si non *sit* (Scriver.) propter repet. *est.* Hinc etiam malorum, (om. *est*) H Vet. Chart. Leid. III. Ven. 91. rell. *malorum est.*

23. 'Clarius ita scripsisset Gnomologus:

Namque malum est *te nolle* pati, hanc non posse tacere.

Ita vitasset τὸ ὕστερον πρότερον'. Scaliger. Withof. p. 560: — nec posse *carere*' i. fer linguam frugi et bonae uxoris, nam malum est, talis uxoris consilium non velle pati et admittere, *et eo tamen carere* non posse'. *non* velle RYSHETFVX Leidd. I. II. Coll. Voss. Vet. Reg. Ven. 91. Daum. Arntzen. *nec* velle B Leid. III. Pr. Scriver. *nil* velle Mox. Vox. Camp. Caxt. 861. 'Vet. Chart. Membr. Voss. Vind. Aug. Euch. Trem. Pulm. Paris. Chouet. Flor. Boill. Erasm. Gryph. Cord. et Cruc.' non *posse* pati, nec *velle* tacere Bas. Neap. *nec* posse tacere loco substantivi ponuntur, monente Cannegietero et hoc *nec* minime respicit praecedens *non*, sed simpliciter hic ponitur pro *non.* conf. Cannegieter. cap. XVIII p. 442. pati *neque* Y. *nec posse loqui* K cum glossa: non posse pati vel velle pati.

24. '*Aequa diligito* Y et Scaliger: 'Ita Pithoeana Editio rectissime. Vulgatae: *Dilige non aegra*: mendosissime. Quod sequitur Planudes.' (*Μὴ ψυχρῇ στοργῇ σοῦς ἀμφαγάπαζε τοχῆας.*). *Aegra* diligito (o 1. m. adpo.) H. Aegra dilig*it* caros Leid. II. *Aegra* dilig*e* caros (dilige non aegra manus glossatoris corr.) R. Dilige *non aegra* (egra Camp.) Camp. Leid. I. Vet.

Reg., quibuscum consentiunt antiquissimae Edd. fere omnes' (Arntzen.) Erasmus et Scriver. *Dilige non caros egra* Turic. (voces omnes in rasura) qua de re Canneg. pag. 443. *Grata diligito car.* Coll. Voss. *Diligito charos aequa* pi. parentes Malscius. Dilige non *aequa* car. pi. par. Arntzen. cum Leid. III et cum Cannegietero cap. XVIII p. 442, qui *non aequa* explicat per *non aequali* sed dispari. 'Notum est, ait, adolescentes Romanos olim maiore pietate Patrem quam Matrem prosecutos fuisse. Notum etiam, quam iniqua, id est, inaequalis fuerit Parentum potestas in liberos. Pater ius vitae et necis habebat, Mater nihil iuris'. Sed pietas Parentibus, etsi inaequalis est eorum potestas, AEQVA debebitur. Erasmus lectionem *Dilige non aegra caros pietate parentes* sic exponit: 'Pietas, amor et cultus est erga parentes, patriam, Deum, et si quis loco parentum est. Quidam veluti legibus coacti colunt parentes, non ex animo. Dilige parentes charos pietate *non aegra* i. *non coacta*, neque gravatim, sed promte et alacriter. Et si quid inciderit dissidii inter parentes, ita alteri obsequaris, ut alteram non offendas: sed pietas tua careat omni molestia.'

LIBER QVARTVS.

(Disticha 49).

Securam quicumque cupis perducere vitam,
Nec vitiis haerere animum, quae moribus obsunt,
Haec praecepta tibi semper relegenda memento:
Invenies aliquid, quo tute utare magistro.

EXPLICIT LIBER TERTIVS. INCIPIT LIBER QVARTVS. S. EXPLIC̄. LIB̄. III. INCIPIT QVARTVS. T. INCIPIT LIBER QVARTVS. YHE. Incipit quarta pars metricalis Pr.

1. *perducere* RYSETV Vniv. Rox. Rawl. 58 Leidd. I. II Vet. Chart. Coll. Voss. Turic. Scaliger. Arntzen. conf. Plin. XXIX, 1: ad longam senectam. Cic. Sen. 17: ad centesimum annum. Tusc. IV, 33: ad mortem. Inv. II, 56: ad exitum. Lucr. II, 1116: ad finem. Caes. B. G. V, 31: ad mediam noctem. *pro*ducere V. Ven. 91. *tra*ducere Aug. Vind. Euch. Trem. Pulm. Paris. Chouet. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. Daum. Withof. p. 561 ex Hor. E. I, 18, 97. *de*ducere HDFKM Ital. etc. et 'Vet. Reg. Membr. Voss. Leid. III, quod nonnullae Edd. sequuntur, exceptis Flor. et Boill.' Ita et Scriver. ani*mos* Arntzen. i. consilia, proposita, cupiditates, ex Leid. II. Coll. Voss. Veterr., Reg. Turic. qu*i* mor. obs*int* RSTY Rox. q*ui* mor. obs*unt* Arntzen. anim*os quae* Leid. I. rell. anim*um*, q*uae* mor. obs*unt*. *in*here (sic) Pr. *inh*ę*rere* Bas. Neap. *Hec* viciis ĭhereř Ital. *Hec* ex subseq. v. 3. transiit. semper *legenda* Rawl. 60. Coll. Voss. Leid. I. (a manu emendatrice) Leid. II. Turic. *re*legend*o* 328. re*li*genda Rawl. 59. rell. *relegenda*.

4. *quod te vitare* magistro RYSEBDFKVX Vniv. Digb. 328. Pr. Venn. 91. 93. quo*d*te *vitare* magistro (*te* a 2. m.) Leid. I. et, Daumio teste, 'Edd. Lips. Col. Asc. Branti etc.' *Quod* idem Daum. refert 'Glossographus: *magistro* i. doceo (MS. Reinesii inserit: quae vitare *decet*). Ipse enim Cato docet et praescribit vitanda, quae obsunt moribus', hoc confirmatur codice meo B, qui has exhibet glossas: '*haec praecepta* s. mea. *invenies aliquid*. in his praeceptis. *quod*. supplendum est *decet* vitare. *te magistro* i. e. de (te) iudice vel docente vel magistro. p̄t esse ūb̄ (puto esse verbum?) ita: magistro i. doceo te vitare'. Verbum *magistro* Festus s. v. explicat per *rego*, *tempero*, *moderor*. De huius verbi usu, qui aevo posteriori frequentior, Daumius multa exempla adtulit, ut Petri Blesensis de S. Eucharist. v. 237.

1. Despice divitias, si vis animo esse beatus;
Quas qui suspiciunt, mendicant semper avari.
2. Conmoda naturae nullo tibi tempore dêerunt,
Si contentus eo fueris, quod postulat usus.
3. Cum sis incautus, nec rem ratione gubernes,
Noli Fortunam, quae non est, dicere caecam.

Verbum namque caro factum sacra verba *magistrat*,
Et per sacrificem carnem de pane *ministrat*.

Ioseph Devonius De bello Troiano IV, 332: — *sic, quae subeunda, magistrat: Quae vitanda docet.* Hildebertus Cenom. Carmen de Simonia v. 5: *Ira, libido, caeca cupido cuncta magistrant* etc. Sed utraque via hanc lectionem servandi displicet. Planudes verba ita vertit: *τῷ προσέχειν σε ἄνωγα.* Scaliger: *τῶν σύ διδάσκαλος ἔσσῃ ἑαυτῷ.* *Quo te nitare magistro* recepit Arntzen. cum Daumio, qui dicit: 'Coacta sane lectio, quam et Pulmannus orae Editionis suae appinxit; *non enim filius magister est sive doctor,* sed Pater ipse. Qui edere maluit tamen: *in quo te utere magistro.* Apertior, veriorque ad aevum sensumque Auctoris est: *quod te vitare magistro*' etc. *Quo te vitare magistro* Put. Bona emendatio est Scriverii: *quo vitae utare* magistro. Equidem posui: *quo tute utare magistro*, tute non accipiens adverbium sed dictum pro *tu*, *tu ipse*, ut Cic. Verr. II, 5: *tute fatebere.* Cic. ad Div. I, 18: *ut tute mihi praecepisti.* Cic. Acc. I, 19: *ut tute scis.* ibid. III, 12: *quod tute intelligis.* ad Div. IV, 5: *Quae aliis tute praecipere soles, ea tute tibi subice. tute ipse* Terent. Eun. V, 2, 54. Sensus: Invenies aliquid, quo magistro tu uti poteris. *uti magistro* Cic. Caecin. 11. Withofius p. 562, qui dicit, non inepte divinari potuisse: *quod te iuvet arte magistra* (quod te evitare iuvabit? aliaque id genus. H) p. 561 'sic emendandum esse feliciter ait: — *quod te tibi corrigit istic*, conferens Hor. E. I, 18, 96—102. quod t//// utare (rasura) H.

1. *Di*spice RE Turic. rell. *De*spice. conf. Cic. Am. 23: *animo si vis* Leid. III. Quas *si* Ital. et T (del. *Qui*). sus*cip*iunt YHETBDFKMVX Mox. Rox. Vox. 328 'Leidd. I. II. III. Vet. Chart. Membr. Voss. Vet. Reg. et Ed. Boill.' Put. Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Bas. Neap. Ven. 93. conf. Heins. et Burmann. ad Ovid. III, 8, 1. su*spi*ciunt RS etc. Nonnulli male distinguunt: mendicant semper, avari. conf. I, 38: *semper patientia.*

2. *Si contentus eo fueris* RSEYBDFVXM Ital. Caxt. 83. Bas. Neap. Ven. 91. 1658. con*tempt*us eo fu. K. cum rasuris HT. Si *contentus fueris eo q.* Pr. tempore de*sint* Pr. Bas. Neap. *Si fueris contentus eo* Daum. Scriver. Arntzen., qui refert: Sic habent omnes MSS. Codd. except. Leid. III. et vet. Chart. praeferentibus *Si contentus fueris eo quod tempora praebent.* Cod. vero Turic. *Si contentus eo fueris quod tempora praebent,* quibus accedunt Edd. Boill. Erasm. Gryph. Cord. et Cruc. Male'.

3. *nec rem rat. gub.* 'Si res male tibi succedunt tuapte negligentia, ne conferas culpam in Fortunam, ut illam caecam appelles, cum tu ipse

4. Dilige denarium, sed parce dilige formam,
Quem nemo sanctus nec honestus captat habere.

magis prospexeris. Potest accipi bisariam (quae) *non est* i. *quae nulla est,* subaudi *caeca.* Erasmus. rem i. omnem, non familiarem, cum privatam tum publicam, cum forensem tum militarem. Arntzen. guber*nas* Bas. Neap. *quod* non est Scriverius edidit, contra omnium et MSS. et typis exaratorum librorum auctoritatem. *caecam* (cecam X) RYSEHTBDFKMV Bas. Neap. Ven. 93. rell. *causam.* quod recepit Scriver. Sed conf. Cic. in Philipp. Or. XIII, 5: — *Fortuna* ipsa, quae dicitur *caeca* —. Cic. Am. 15: *Caeca Fortuna* plerumque eos efficit caecos, quos complexa est. 'Profecto clarius extulisset Auctor: Noli Fortunam, quae nulla est, dicere caecam'. Scaliger.

4. Hoc distichon inter vexatiora Catonis est. Scaliger legendum censuit: Dilige dena*ri,* sed parce dilige formam, *Quem* n. s. *nec* h. *captat ab aere.* Withofius p. 562 adfert lectionem vulg. Qu*am* — *captat ab aere,* atque emendat: Dilige *te, teneram* sed p. d. f.
Quam n. s. n. h. *curat* habere.
'Te, inquit, secundum naturae ius legesque dilige, sed formam teneram dilige parce, quam nemo sanctus honestusque habere curat, aut magnifacit'. — Clausulam distichi sumpsit sanctissimus scriptor e suo Horatio, qui E. II, 2, 182 scribit: *Sunt qui non habeant, est qui non curat habere.* Vide etiam Bentleium ad Eundem E. I, 2, 34'. Alciatus Parerg. IV, 23 legit et distinxit:

Dilige denarium, sed parce: dilige formam,
Quam nemo *sapiens vel* honestus captat *ab aere.*

Boxhornius p. 363 primitus ita scriptum fuisse putavit:

Dilige denarium, sed parce dilige. *Famam*
Nam nemo sanctus *vel* honestus captat *ab aere.*

Cannegieterus p. 494 voluit:

Dilige *te ornari,* sed parce dilige formam,
Qu*am* nemo sanctus *nec* honestus captat *habere.*

Neque sensum neque dictionem distichi sic constituti probamus. Cannegieterus a pag. 493—502 docta prolixitate de ornatu capillorum (Martial. II, 66), de munditie (p. 499: 'Noster ornatum probat, cum Ovidius munditiem nominat, atque ut intelligas munditiem hanc significari nostro, ita ille in sententiis minoribus, quae praemittuntur libro primo, *Mundus esto,* quod fortasse lemma fuit huius distichi, de quo sic disputamus) atque de vestitu et habitu disseruit. Cic. Off. I, 36: 'Ergo a forma removeatur omnis viro non dignus *ornatus.* De usu dictionis *Dilige te ornari* vellem unum exemplum adtulisset. Arntzenio tamen haec emendatio tanto magis videbatur commendabilis, quo minus vis facta sit antiquorum Codicum lectioni, atque ipsa distichi sententia postulare videtur'. Boxhorn. l. l. sic exponit sensum: prudentis esse, amare pecuniam quoad usum; stulti vero esse, et avari, pecuniam amare, ut forma eius atque specie oculi tantum pascantur.' Erasmus: 'Amare pecuniam ad usum prudentis est: amare, ut forma pascat ocu-

5. Cum fueris locuples, corpus curare memento:
Aeger dives habet numos, se non habet ipsum.

los, avari ac dementis. Denarium volunt omnes; formam soli mali captant'. Scaliger: 'Falsa syllaba secunda in voce *Denarium.* — Avarus diligit nummum propter materiam, aurum, argentum, aes: sapiens propter usum. Non, inquit, veto te amare nummum ipsum, sed intra modum: quatenus sapiens ab usu captat eum, non, ut vulgus, a materia, amans duntaxat concisum in formas parvas faciesque minutas, ut iocatur Iuvenalis. Forma denarii est τὸ χάραγμα, denarius'. Non vero falsa est syllaba secunda, sed, ut iam Boxhornius monuit, '*denarium* hic trisyllabon est per licentiam poeticae contractionis.' Lege aut scribe Denarium. conf. Martial. II, 51, 1 cum Eiusdem I, 118, 7 et IX, 103, 1. Exempla ex scriptoribus secioris aevi collegit Daumius p. 118 et 119. Conf. etiam Hauthal. ad Acr. II. (Hor. S. II, 2, 53) p. 212.

Denar*ium* tuentur omnes Codd. mei et Arntzenii atque unus Boxhornii (p. 363: 'etiam noster'). item *formam* omnes libri habent. De *forma pecuniae* v. Tac. Agr. XVI. Germ. 5. *forma* et *fama,* quod Boxh. proposuit, aliquoties commutantur. conf. Tac. A. III, 52. Daumius observat, *formam denarii* hoc loco poni pro *ipso denario*, ut sit periphrasis, ut iam censuit Salmasius ad Lampr. Alex. Sev. c. XXXIX p. 966: 'Hinc et formam denarii ἀντί τοῦ χαραχτῆρος vel ipso denario dixit Cato in Distichis et *formae denariorum Isidoro sunt ipsi denarii. Quem* (denarium) RYSHETDKMX Coll. Voss. Vet. Reg. Qu*em* — captat ab aere Daum. Arntzen. Qu*am* BV Pr. Caxt. 83. Bas. Neap. Ven. 93. et, teste Arntzenio 'Aug. Vind. Euch Trem. Pulm. Paris. Chouet. Flor. Boill. Erasm. Gryph. et Cruc'. *Que* Ven. 91. *Quâ nemo* Scriver. s*anatus* Rox. Coll. Voss. Vet. Reg. rell. sanctus. *captat habere* RYETHSBDFKVX Mox. Rox. Vox. Camp. Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Venn. 91. 93. Leid. I. III. Coll. Voss. Turic. et Edd. Boill. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. conf. Hor. E. II, 2, 182. *o*ptat habere V Bas. Neap. *captat* haber*i* Scriver. Ceterum de hoc disticho interpretando, teste Cannegietero pag. 494, laboravit etiam Salmasius ad Lamprid. in Alex. Severo c. 39. conf. propterea Barth. ad Stat. Achill. II, 49.

5. locupl*ex* BDK Camp. Turic. *Aeger dives habet* RSEHTBDFKVX Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Daum. Arntzen. Planudes. Scaliger. Coniectura Scriverii: *Dives habet nummos, aeger se* n. h. ipsum. *sed* non habet ipsum MB Pr. Caxt. 861. Ven. 91. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. *set* non habet *se* ipsum X Caxt. 83. sed (non?) habet se ipsum Boill. *Eger* div. hab. num*mum* M, Bas. Neap. *sed* non habet *illum* Bas. Neap. Aeger dives habet nummos non, sed habet *ipsos.* Vir Doctus ad marg. libri coniecerat, teste Arntzenio, qui ingenue fatetur, hanc verborum et distinctionis transpositionem se sensu satis commodo exponere haud potuisse. *Eger* HX Ital. Bas. Neap. numeros (*er* expu.) H. Ingeniosa Weitzii est illa lectio: *sed* non habet *ipsum.*

6. Verbera cum tuleris discens aliquando magistri:
Fer patris imperium, cum verbis exit in iram.
7. Res age, quae prosunt: rursus vitare memento,
In quis error inest, nec spes est certa laboris.
8. Quod donare potes, gratis concede roganti;
Nam recte fecisse bonis, in parte lucrosum est.

6. Ver*ba* cum H Ven. 91. Verba Turic. corr. *dicens* Coll. Voss. magist*ris* RH. patris *ingenium* Scaliger. Daum. Arntzen., quo teste '*ingenium* quinque MSS. Codd. et multae Editt. servant'. patr. *imperium* omnes mei libri tuentur et Camp. Coll. Voss. Leid. III. Turic. et Editt. antiquae'; legitur etiam in Monostichis Columbani vel Alcuini s. Aldhelmi v. 21. conf. Terent. Ad. I, 1, 41. Sen. Herc. Fur. 1315. Flor. I, 14. Liv. VII, 4. Cic. Sen. 14. *Ingenium* i. *mores difficiles et graves* placuit Cannegietero ad Avian. Fab. XIV, 10. conf. Terent. Phorm. I, 2, 20. Andr. I, 1, 66. ex*serit* pro *exit in* iram coniecit Almeloven. ex Prosper. Aquitan. Sent. V, 1: Cum Deus *exerta* peccantes verberat *ira*. Lucan. III, 112: *exit in iram*. Ovid. M. VIII, 106: *transit in iram*. ver*bis cum* Pr: ver*ba cum* Caxt. 861.

7. In *quis* REH. In que*is* Arntzen. 1628. qui///s/ (*bus* in rasura corr. 2. m.) Turic. rell. In *quibus*. *error* i. e. dubitatio, res incerta, aut, ut Fronto ait, *rei vitium, ut amor, dolor*. conf. Cannegieter. ad Avian. Fab. XVIII, 3. Ad v. *rursus* conf. infra distt. 25, 26 (Rebus) et 45. Re*ges* age Aug. Vind. Ad sensum Daumius confert Martial. II, 86: Nam stultus labor est ineptiarum. *et* spes *in*certa lab. Bas. Neap.

8. *donare* RYSHETBDMVK (1. m. suprascr. *vel praestare*) Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. 1650. Daum. Arntzen. *praestare* Bas. Neap. et Scriver., qui sic distinguit: Quod praestare potes gratis, concede roganti'. gra*tis* pro gra*tes* accepit Planudes, quod reddit *χάριν*. — Gratis concede roganti. *χάριν αἰτιζόντι χαρίζου'*. Sed sic distinxit: *Πᾶν ὃ δύνῃ δοῦναι χάριν, αἰτ. χαρ.* '*ne vende* rog. Pithoeana optime. *Concede* rog. Haec est vulgata lectio et quidem inepta, quae imposuit (Planudi) metaphrastae. *Μή πώλει αἰτοῦντι, τὸ δοῦναι προῖκα δύναιο'*. Scaliger. Arntzen. refert: '*Ne vende* exhibet quoque Coll. Voss. Vet. Reg., ut et Editiones quaedam recentiores. Quomodo autem hic duo priores Codd. Leidenses habent, ex collationibus elicere haud licuit, dum vix dubitamus, quin in iis etiam variatio quaedam reperiatur. Receptam lectionem (Quod donare potes, *gratis concede rog.*) servant edd. antiquae omnes Aug. Vind. Trem. Euch. Pulm. aliaeque, quibus adstipulantur Cod. Membr. Voss. Vet. Reg. (?) Leid. III. et Turic. Nisi quae *praestare* pro *donare* ibi (?) legatur, forte quod librarii putarent, *τὸ donare* minus recte opponi *τῷ concedere* quae etiam causa esse videtur, cur eodem fere modo edidit Scriver., sola tantum transposita distinctione Quod praestare po*tes*, gratis etc. Quae interpunctio, si verbum *praestare* retinemus, ferri potest cum *donare* autem non item; quid enim *donare* sit, scio, non autem quid

9. Quod tibi suspectum est, confestim discute, quid sit;
Namque solent, primo quae sunt neglecta, nocere.
10. Cum te detineat Veneris damnosa voluptas,
Indulgere gulae noli, quae ventris amica est.
11. Cum tibi praeponas animalia cuncta timere,
Vnum praecipio tibi plus hominem esse timendum.

gratis donare'. *concede* omnes fere codd. mei. ne/// (rasura) *vende* rogandi (2. m. mut. d in t) H. Withof. p. 563 *gratis* supervacuum putans dixit: 'Iuxta veras Artis regulas repone indubitato:

Quod donare potes, *precibus ne vende* roganti.
Nam recte fecisse bonis in parte *lucrorum* est.

conferens Senecae locum de Benef. II, 1: *Non tulit gratis, qui cum rogasset, accepit. Quoniam quidem, ut maioribus nostris, gravissimis viris, visum est, nulla res carius constat, quam quae precibus emta est*'. grati Ɖ. lucro*rum* cum Daumio et cum Cannegietero cap. XXIX p. 487 Arntzenius recepit, qui lucro*sum* ab indoctis profectum librariis inmerito dixit. Lucro*sum* praeter omnes meos codd. etiam habent 'Vet. Chart. Membr. Voss. Vet. Reg. Leid. III. Turic. et Edd. Aug. Vind. Boill. Cord. Cruc.' Non elegantior fit sententia eo, quod a calculatoribus ducta sit phrasis, qui *partes damni* et *lucri* seorsum faciebant. *Omne id deputare esse in lucro* Terent. Phorm. II, 1, 10. *Lucro adpone* Hor. C. I, 9 15. conf. cum I, 33: *Pro lucro tibi pone diem. In lucris ponitur* Cic. ad Div. VII, 25. lucrosum fit Tac. Agric. 19. *in parte* pro *ex parte* ut Liv. XL, 9. Nam *bene* fecisse Bas. Neap.

9. Erasmus: 'Quae suspicionem habent mali, ea noli negligere, sed statim examina, et exquire, cuiusmodi sint. Nam initiis facile medeberis, si quid mali sit; at neglecta crescunt, ac maxime laedunt postea. Veluti si suspicaberis, amicum alieno re esse in te animo, noli negligere, quid sibi velit: sed excute, unde hoc natum sit, et si quid est, statim occurre nascenti malo'. *suspectum confest.* om. *est* Bas. Neap. *quae sunt primo* B. pri*mum* quae sunt V. neclecta Turic.

10. *veneris* SYEH (ue^ne^ris 2. m. corr.) BDKMVX Pr. Membr. Caxtt. 861. 883. Ven. 91. Daum. Arntzen. Planudes *Κυθείρης*. Scaliger *Ἀφροδίτης*. Erasmus: gulam dicit *ventris* amicam'. *ventris* R T etc. et sic posuit etiam Scriver. *Veneris damnosa voluptas* Ovid. P. I, I, 33. *damnosa libido* Vox. *quae ventris amica est* vertit Scaliger: *ἑταίρῃ τῶν ὑπὸ γαστρί*, certum autem esse dicit, *penis* ab Auctore scriptum fuisse, et *ventris* a Magistris substitutum, ne pueri praetextata verba legerent'. *Venter et penis* coniunguntur Sal. Catil. XIV, 2. Iug. LXXXIII, 41. Venter et libido Sen. de Benef. VII, II.

11. *praeponas* RSED Pr. Bas. Neap. Ven. 91 et Veterr. Reg. pre/// ponas (2. m. vetusta mut. e in o) H Turic. (pr^e^p. corr. expu. *e*) Boill. rell. *pro*ponas. 'Si tibi proponas timere animalia *cuncta*. Si *cuncta;* ergo etiam

12. Cum tibi praevalidae fuerint in corpore vires,
Fac sapias: sic tu poteris vir fortis haberi.
13. Auxilium a notis petito, si forte laboras;
Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus.

animalia meticulosa et fugientia humanum conspectum, ut lepores, aviculas, a quibus ne quidem puellae et pueri metuunt. Vidit hoc homo nescio quis, qui Aviano Fab. XVII, 19 hoc supposuit distichon:

Bruta licet soleant animalia iure timeri,
Omnibus est illis plus metuendus homo.

Bruta enim legit pro *cuncta*' Arntzen. conf. Cannegieter. cap. XXIV p. 464: 'Qui tamen versus non uno modo in scriptis Aviani Libris leguntur, a multis etiam praetermittuntur; quod signum est fraudis factae. Aliter etiam apud Catonem legit M. Aurelius Severinus de viperae veneno et medicina, quod me docuit Reinesius in Epist. CXX. ad Daumium. Ille autem hoc modo Distichon profert:

Cum tibi proponas *animantia* cuncta *timenda*,
Vnum hominem tibi proponas plus esse timendum.

Imo si meo arbitrio res agatur, eundem hunc versum ab hoc Dionysii Libro excluderem, qui vix sensum, nedum elegantiae quidquam praefert, de qua re memini me ad Arntzenium meum scribere. Quid? Anne Auctor Monostichorum, quem multi Columbanum putant, alii vero Alcuinum, nonnulli et alium, integros versus, Dionysio sublectos, in illum suum libellum transtulit?' cuncta tim*ore* Coll. Voss. Vnum *praecipio* tibi plus hom. e. t. RYHEV (prec.) M Membr. Bas. Neap. Daum. Arntzen. Vnum *precipio* hom. plus e. t. om. tibi, BDKX Leid. III. Boill. Vnum praecipio plus hom. e. t. T. Vnum hominem tibi *praecipio* pl. e. t. Aug. Vind. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. 1658. Vnum *praecipue* hom. pl. e. t. Scriver. *κέλομαι* Planudes et Scaliger.

12. *praevalidas vires* Manil. V, 74. Fac sap. conf. IV, 17. II, 9. Fac sapias *animo si* tu Caxt. 83. Fac sapias *animo* poteris sic f. h. Tremon. Fac sap. animo et poteris, vir f. h. Flor. Fac sapias animo poteris v. f. h. V Pr. Ital. Fac *fugias* animo V. ex IV, 17. Fac *ut* sapias si E. Fac sapias *animo sic* pot. Bas. Neap. *si* tu TDR (rasura si///) Membr. *si poteris*, om. tu, Y Ven. 91. Fac sapias: animo pot. v. f. h. Ven. 93. Fac sapias: sic tu poteris v. f. h. Daum. Scriver. Arntzen.

13. 'Corporis morbos operi Medico: animi morbos operi fideli amico. Ille pharmacis sanat, hic verbis. Aliter. Si quid morbi inciderit, magis amicum arcesse, quam Medicum. Erasmus. *si* f. labo*res* TH. labores Y. laborae R (1. m. mut. *a* in *æ*). labo*res* Leid. I. Coll. Voss. Turic. *notis* opponuntur *περιοδευταί*, circulatores, qui quaestus causa urbes et vicos circumibant. Phaedr. Fab. I, 14. conf. supra II, 22:

14. Cum sis ipse nocens, moritur cur victima pro te?
Stultitia est morte alterius sperare salutem.
15. Cum tibi vel socium vel fidum quaeris amicum,
Non tibi fortuna est hominis sed vita petenda.
16. Vtere quaesitis opibus: fuge nomen avari;
Quid tibi divitiae prosunt, si pauper abundas?
17. Si famam servare cupis, dum vivis, honestam,
Fac fugias animo, quae sunt mala gaudia vitae.
18. Cum sapias animo, noli ridere senectam;
Nam quicumque senex, puerilis sensus in illo est.

Consilium arcanum *tacito* committe sodali:
Corporis auxilium *medico* commite *fideli.*

Ne quisquam Turic. *medicus melior* BX.

14. moritur *cum* Y. *cur moritur* Ven. 91. moritur om. Leid. I. *quur* (1. m. corr. *cur*) S. *nocens* opp. innocens Cic. Sext. Rox. 56. Stultitia *in* morte, om. *est*, X. Stult. *est in* morte BDKV Membr. Ital. Caxt. 83. Ven. 91. Flor. in mort*em* Camp. Caxt. 861. Boill. Stultiti*ae* est morte Vet. Reg. Stult*um* est *in mortem* alterius ferre sal. Bas. Neap. Hoc distichon Cannegieterus c. VIII p. 399. et c. XIV pag. 423 brevius tractavit.

15. *amicum quaeris* Leid. I. fort*una hom.*, om. est, Camp. Leid. III. Pr. Membr. Non tibi fortuna est, hom. distinguit Leid. I. hominis i. quem quaeris socium vel amicum. petenda RHTBDKV Caxt. 861 Bas. Neap. Ven. 93. rell. *putanda* i. aestimanda. Scriver. et post eum Withof. p. 564: *putanda* i. exputanda, perpendenda, consideranda, verbo simplici pro composito'. *petenda* est FM Pr. Membr. *probanda* in mentem veniebat Arntzenio, qui tamen confitetur: 'Verum cum illud (*petenda*) scripti editique libri omnes amplectuntur, hac emendatione facile carebimus'.

16. *Vtere quaesitis op.* conf. I, 24. III, 21. opibus. *sed fuge* Leid. III. Caxt. 83. *Quid* tibi divi*tiae prosunt* omnes Codd. mei et Camp. 'Vet. Chart. Membr. Voss. Leid. III. Aug. Vind. Euch. Trem. Pulm. Paris. Chouet. Flor. Boill. Erasm. Gryph. Cord. et Scriver.' Daum. *αἰὲν* Planudes in versione habet: *'εἰ πλουτεῖς αἰὲν ἀπαιτῶν.'* Quid tibi divitiae, si *semper* pauper habundas Ven. 91. divitiae/// si *semper* pauper *a*bund*es* Turic. (rasura). abund*es* RYS. *ha*bundes H (h erasa lit.) E. *ha*bund*as* BKV Pr. Caxt. 83. Ven. 91. rell. abund*as*. T: *abundas* i. si divitiis habundans pervivas (sic). *Quo* tibi diviti*as*, om. prosunt, si *semper* pauper abundas 1628, adstipulantibus Withofio p. 565 et Arntzenio. conf. Hor. E. I, 5, 12: *Quo mihi fortunam, si non conceditur uti?* Sed aliter Horatius, aliter Cato.

17. honest*um* Leid. I (2. m.). *H*ac fug. Caxt. 861, ut *H*ac sap. IV, 12. *animo*, ut IV, 1. 18. 30. vehementiorem animi adfectum significari ait Arntzen., qui plura exempla ex aliis scriptoribus adfert.

18. *D*um sap. Caxt. 83. *ridere* RYEHT Daum. Arntzen. rell. *ir*ridere.

Disce aliquid; nam cum subito Fortuna recedit,
Ars remanet vitamque hominis non deserit umquam.
20. Prospicito cunctans, tacitus quid quisque loquatur,
Sermo hominum mores et celat et indicat idem.

ridere iam supra Sentt. 31 et 52. *derideat* III, 7. deridere Leid. I. irridere Leid. III. rell. *ridere.* no*lli* Ven. 91. *Non quicumque senex,* puerilis sensus in illo est Scriver. *Nam* quicumque se*net*, sensus puerilis in illo est. Scaliger (ὅτις μέτρον ἵκετο γήρως). Arntzen. Nam quicu*n*que sene*t*, puerilis sensus in illo est. Daum. Nam *cui* cu*n*que *seni* sensus pu. in illo est Ven. 93. Nam q*uo*cu*m*que (quocu*n*que T Pr.) *sene* RYSEHTBDFKMVX Mox. Rox. Membr. Voss. Veter. Reg. Leidd. I. III. Turic. Pr. Caxtt. 861. 83. Ven. 91. pueri*li* sensus Leid. I. *puerilis sensus* YSHTB et rell. praeter KMX Mox. Vox. Bas. Neap., in quibus *sensus puerilis* habetur. sensus pu. in illo (om. *est*) Bas. Neap. Nam qui*cū*que Membr. Amicus Arntzenii quidam distinxit: Nam quicu*n*que senex puerilis, — *sensus in illo est.* 'Licet senex pueriliter admodum saepe se gerat, animi tamen vim quandam obtinet et sensus aliquis ipsi constat'. Arntzenius: 'Non tamen ipsi adsentior. Hoc mihi potius Gnomologus dicere videtur: noli ridere senes, ne et ipse postea senex factus ridearis; nam senex quicumque est, puerilia agit et ridenda, atque adeo et tu, si senueris, secundum proverbium: *bis pueri senes*'. Adi Withofium p. 565: Vocem insolentem sene*t* sola superstitio tuetur. Praeterea non *qui fit senex*, sed qui factus est, in eo haec mutatio contigit. Obstat itaque huic verbo ipse sensus. In Antverpiana est *senex.* Ego praeterea sic puto legendum:

Cum sapias animo, noli ridere senectam;
Nam quicumque senex, pueri bis sensus in illo est.

Latinorum et Graecorum commune est proverbium: γέροντες δὶς παῖδες. Plato Lib. I. de legibus: ὁ γέρον δὶς παῖς γένοιτ' ἄν.

19. *recessit* H Rox. Daum. Scalig. Arntzen. rell. rece*dit.* et Leid. III atque Edd. Aug. Vind. Euch. Trem. Pulm. Paris. Scriver. Boill. Erasm. Gryph. Cord. et Cruc.' re*movet* Membr. Ad sensum spectat sententia Neronis Suet. XL: τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει.

20. *Pro*spicito cunc*ta* tacitus REBD (cū ta) KMV Rox. Coll. Voss. Leidd. II. III. Pr. Ital. Bas. Neap. Ven. 93. Boill. Gryph. Pulm. in marg. *Pro*spicito *Nunc* tac. Y. *Pr///os*picito (o a 2. m. in rasura) H. p///e∵spicito (rasura. r. m. corr. per) T. Prespicito S. *Per*spicito c. t. quid Leid. I. Veterr. Reg. Membr. Voss. Turic. Edd. Aug. Vind. Euch. Trem. Erasm. et Pulm. *Per*spicito *tecum* tac. quid Put. Daum. 1628. 1658 et Arntzen. 'Ed. Paris. Editionibusque novissimis et optimis omnibus', explicans *perspicere* per diligenter animadvertere, attendere. Planudes: Φράζεο πάντα σιωπῇ, τίπτε λέγουσιν ἕκαστοι. Scaliger: Ἄττα λέγει τοι ἕκαστος ἀκὴν βασάνιζε σιωπῇ. *Pro*spicito *tecum* tac. Flor. *Pro*sp. *cuncta tecum* Vox. *Per*spice *cunctando* tac. quid Scriver. *Per*spicito *cuncta* tac. Mox. *pro*spicito *cuncta* B cum

21. Exerce studium, quamvis perceperis artem;
Vt cura ingenium, sic et manus adiuvat usum.
22. Multum venturi ne cures tempora fati:
Non metuit mortem, qui scit contempnere vitam.
23. Disce sed a doctis; indoctos ipse doceto:
Propaganda etenim rerum doctrina bonarum.
24. Hoc bibe, quod possis, si tu vis vivere sanus:
Morbi causa mali nimia est quaecumque voluptas.

glossa: providentia. K cum glossis: cunctando. per moram. *Pro*spicito i. curam gerito. Cic. Verr. I, 8: Quod ad vestram famam pertinet, prospicite et consulite. Equidem scripsi et distinxi: *Pro*spicito *cunctans,* tacitus quid etc., accusativo *cuncta* substituens *cunctans* et tacitus i. tacito sermone, conf. I, 17, sive tacita voce (Ovid. M. XIX, 300. Cul. 411) coniungens cum *lo-quatur. quod* BKX Membr. Pr. Caxtt. 861. 83. Venn. 91. 93. *quos* D. qu*ae* Bas. Neap. que V. Sermo *etenim* mor. Coll. Voss. Scaliger (*γαρ,* ut et Planudes). $\overset{se}{\text{et}}$ celat *ac* iud. Turic. (*ac* supra *et*). mores celat, om. *et,* BD Pr. Bas. Neap. Ven. 91. Caxt. 83.

21. Withof. p. 565: Locus hic sanitatem mentiens minime sanus est. Proprie et Latine dicimus *exercere artem,* non vero *exercere studium,* si vox eo sensu sumenda sit, quo hic sumi deberet. Nam si de professione quadam accipias, nihil hic differt arte ipsa. Scaliger etiam ipse in notis circa versionem fluctuans satis ostendit, se aliquid ὕπουλον hic sensisse; quod ob ἀπορίαν profiteri non fuerit ausus. Emendandum est sine dubio leni iterum legitimoque remedio: *Exerce assiduo quam tu* perceperis artem etc. Iam bellisima et rotunda est sententia'. adiuv*et* Membr. adiuv*at ipsum* T. adiuvat ////////// (2. m. pos. *usum* in rasura) H. usu*s* Pr. adiuvat *virum* Leid. II. Coll. Voss. adiuvat *virum ipsum* Turic. *Sic* cura ingenium, *sicut* man. adi. usum Flor. Vt cū ingenium Ital. *cura* conf. infra 27: *cura sapientia crescit. sit* Caxt. 83.

22. *Multum venturi ne cures* t. f. RSYEHTBDKV Rox. (cur*as*). Pr. Membr. Ital. Caxtt. 861. 83. Bas. (*nec*) Neap. Ven. 93. 1628. Daum. et Arntzen. 'Leid. III. Aug. Vind. Chouet. Flor. Paris. Pulm. Trem. Erasm. Gryph. aliaeque'. Paris. et Pulm. in marg. *Non met. mort.* Aliae, ut Chouet. Cruc. et marg. Pulm. transpo. *Non mortem metuit. Ne* mort. Caxt. 83. con*tem*pnere RHET Leid. III. Turic.

23. *indoctos* ἀδιδάκτους Planudes. ἀπείρους Scaliger. Propag. etenim *est* RYSHEKV Rox. Vox. Caxtt. 861. 83. Ven. 91 et Leidd. I. II. Coll. Voss. Vet. Reg. Vet. Chart. conf. I, 13. Arntzen. refert: '*est* om. Edd. nostrae omnes praeter Paris. et Flor.' Propag. *est* etenim Leid. III. Caxtt. 861. 83. Propag. etenim *rerum est* doctr. Membr. *enim est* rer. Pr. bonorum H Leid. I a 2. m. et Membr.

24. *quo* possis RYE Leid. II. Vet. Reg. Ed. Flor. $\overset{d}{\text{quo}}$ (d a 1. m.

25. Laudaris quodcumque palam, quodcumque probaris,
Hoc vide, ne rursum levitatis crimine damnes.
26. Tranquillis rebus, quae sunt adversa, timeto:
Rursus in adversis melius sperare memento.
27. Discere ne cessa: cum sapientia crescit,
Rara datur longo prudentia temporis usu.

supra o) HT Turic. *pos* (i. potis) sis Io. Balbus Ianuensis in Catholico legit v. *Pos* in hoc Catonis disticho. *si* vis *tu* RYES Leidd. II. III. Turic. si *curas* viv. san. Vir Doctus apud Arntzenium. rell. *si tu vis. Morbi causa mali nimia est q. v.* plurimi codd. mei et libri inpressi. Daum. Scriver Arntzen. Vet. Cod. Pulmanni: Morbi c. m *est homini quandoque vol.* In rasuris habet Turicensis: M. c. m. *est homini quae*cumque vol., ut Ital. Morbi c. m. *est hominum* q. vol. Boill. Morbi *namque mali causa est* q. v. Bas. Neap. M. c. m. *namque est* q. v. BK Mox. Leid. I. a 2. m. in marg. et Membr. Voss. Caxtt. 861. 83 M. c. m. *est semper* q. v. EV Ven. 93. Morbi c. m. *constat* q. v. (1. m. suprascr. *constat*) H. M. c. m. *est* qui cumque vol. D. Mor*bus* c. m. nimia est q. v. Coll. Voss. et Vet. Reg. Mor*bus* c. m. *est* q. v. (om. *nimia*) Leid. II.

25. Levis et inconstans videberis, si, quod aliquando coram multis laudaris, idem postea damnes. Quodsi mutasti sententiam, fac sileas' Erasmus. Lau*dans quo*cumque BD. palam q̄cumque probaris M. quecūque prob. V Pr. *aut* quē cumque prob. S (1 m. suprapo. quē) *ut*cumque proba*ris* YE Leid. II. et Coll. Voss. *ut*cumque proba*re* RH Rox. Ven. 93. quecumque palam V Pr. Membr. *aut quae*cumque prob. Mox. D. qu*i*cumque palam Bas. Neap. Hoc *cave,* ne rursum etc. voluit Withof. p. 566 propter ultimam syllabam correptam in v. *vide.* Erasmus *fuge* proposuit. *cave* infra dist. 43, ubi 'Scriverius rursum temere *caveas* obtrusit ex solo eoque perverso arbitrio'. Hec vide D. *Ne hac vide.* Pr. rurs*um* RYH. rell. rursus.

26. Tranq. *verbis* Ital. *semper* adversa *timeto.* Arntzen. cum Leidd. I. II. Turic. *semper* quae adv. Vet. Chart. et Coll. Voss. Daum. *quae sunt* adversa *timeto* Scriver. cum omnibus *vett.* codd. meis et 'Ed. Paris.' quae sunt adv. *caveto* BDKMV Leid. III. Veterr. Reg. Membr. Voss. Turic. et Edd. Aug. Vind. Euch. Trem. Pulm. Chouet. Flor. Boill. Erasm. Gryph. Cord. Cruc.' Pr. Ital. Membr. Caxt. 83. Ven. 91. sic Withof. p. 567, qui perperam refert, 'Scriverium ita quoque edendum curasse'. conf. I, 18: *quae sunt adversa, caveto.* II, 2: *quae sunt* (mortalia cures). *Rursus* in adv. RYSHETV Pr. Ital. Caxt. 861. Ven. 93. Bas. Neap. 1628. 1658. rell. *Rebus* in *adversis.* Leid. III. Veterr. Reg. Editt. Flor. Boill. et Scriver.' et Camp.

27. *non cesses* Caxt. 861. *non* cessa E. *ne* cessa RYS (2. m. suprascr. *es*) H Daum. rell. *ne* cesses (ceses Ven. 91) Scriver. Arntzen. cres*cat* HEY (cresc////t rasura). Ra*ro* M Pr. Membr. Bas. Neap. Ven. 91. *sapi*entia temp. Ital. Withof. p. 568 legendum censet: Discere *ne cessa* — cres*cit. Vera*

28. Parce laudato; nam quem tu saepe probaris,
Vna dies, qualis fuerit, ostendit, amicus.
29. Ne pudeat, quae nescieris, te velle doceri:
Scire aliquid, laus est; culpa est, nil discere velle.
30. Cum Venere et Baccho lis est et iuncta voluptas:
Quod lautum est, animo conplectere, sed fuge lites.

datur etc. Sic vera virtus apud Hor. III, 5, 29 et E. I, 18, 8. Auctor Octaviae 291. Flor. I, 13.

28. *Per te* laud. Membr. *quod* tu Membr. fueris (1. m. t supra s pos.) R. osten*dit* RYSHET Ven. 91. Ital. 'Coll. Voss. Leidd. I. II. Turic.' monstrabit K Leid. III. Vet. Reg. Membr. Voss. nec aliter Edd. antiquae omnes interque has Boill. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. et Scriver.' osten*det* V Daum. Arntzen. Ex osten*det* fecit Withof. p. 568 *fors pandet* i. forte aperiet. ostendet, dicens: 'Solet syllaba brevis interdum in hemistichio quidem priore ob caesuram produci, sed non facile in quarta, ut aiunt, regione'.

29. Ne pude*as* Pr. Membr. Ital. Bas. Neap. *Non* pudeat Rox. Leid. II, Coll. Voss. Turic. *culpa est* omnes vett. codd. mei. Scaliger. Daum. Scriver. Arntzen. *turpe* est BDK Mox. Vox. Veterr. Chart. et Membr. Voss. nec non Editt. Flor. et Boill. et sic scripsit Withof. p. 569, dicens: 'Vides voces *turpe* et *culpa* quam sibi pene similes literarum forma sint, ut una pro altera facile irrepserit. Et quanto melius hoc verbo *pudeat* convenit, tum voci *laus* opponitur! Et ita quoque iam Planudem legisse patet, quia vocem *αἶσχος* adhibuit, quae turpitudinem et pudorem simul notat. Nam altera vox *pudor* prorsus inconcinna est. Quis enim ita inepte loquatur: pudeat, quia pudor est? Imo vero pudeat nos alicuius mali, quia *turpe* est. Imitatus est Horatii ista A. P. v. 417: *mihi turpe relinqui est, Et quod non didici, sane nescire fateri.* Vbi etiam antea v. 88: *Cur nescire pudens prave, quam discere malo?*' *culpa* (om. *est*) nil T Ven. 91. culpa est *nihil* E Turic. *pudor nil est turpe nil* Camp. *turpe nil* Pr. *pudor est nil* Ital. Caxt. 83. 1658 et 'Vind. Aug. Euch. Pulm. Trem. Chouet. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque'. Sed, ait Arntzenius, vocem *culpa* servandam existimo, tum quod nomina substantiva *laus* et *culpa* rectius inter se opponantur, quam *laus* et *turpe*, tum quoque, quod, cum dixisset: *ne pudeat d*oceri, mitiorem sane vocem, ut salva esset *ἀντίθεσις*, adhibere non debuerit'.

30. lis est *con*iuncta M Pr. Bas. Neap. Membr. *levis* est *con*iuncta Vir doctus voluit, teste Arntzenio. *ceu* iuncta Barth: *et* iuncta YSHT Caxtt. 861. 83. 'Editt. antiquiores fere omnes Aug. Vind. Euch. Paris. Trem. Chouet. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. aliaeque'. post has Malscius ait: correxi. Planudes: *Εὐφροσύνη καὶ ἔρις Βάκχῳ Παφίῃ τε σύνεισι.* Scaliger: *Κύπριδι καὶ Βάκχῳ ἔρις εὐφροσύνη τε σύνεισι.* ED et rell. *sed iuncta*, quod receperunt Daum. Scriver. Arntzenius, cuius MSS. omnes in hanc vocem conspirant, et qui explicat *sed* i. sed et, sed etiam. Withof. p. 569 defendit *et iuncta*, dicens: Vox exigua *sed* ostendit, Viros doctos veram mentem prioris

31. Demissos animo et tacitos vitare memento:
Quod flumen placidum est, forsan latet altius unda.

versus non animadvertisse. Hoc enim vult Auctor, et verum est, *in Vino et amore litem et voluptatem esse simul.* Arntzenius: 'Dicit itaque Auctor hoc Disticho: cum Venere quidem et Baccho lis est, id est, amor et vinum, si inmodice utaris, pugnant quidem inter se, et mala conciliant; et versu altero *sed fuge lites* has Veneris et Bacchi. *At* voluptas etiam iisdem est adiuncta, si modum serves. Hanc itaque voluptatem, blandam gratamque animo, complectere.' Cum *Cerere et Baccho* non in Codd. legitur. Salesb. autem Epist. 266 habet: Cum *Cerere tamen et Baccho lis est. lautum* et pure et cum rasuris in haud paucis codd. et edd., ut YT (*latum* in rasura
lautum
cum glossa: laudabile) BFKMVE (quod ē animo corr. suprapo. *lautum* a
t
2. m.) S (la///tum) H (la///dū. rasura) R (laudū ē 1. m. corr.) Mox. Rox. Vox. Camp. et 'Coll. Voss. Vet. Reg. Veterr. Chart. Membr. Voss. Leid. III. et Turic. (cum rasura) et Leidd. I. II.', ut verisimile est. Pr. Ital. Membr. Bas. Neap. Ven. 91 et 'Aug. Vind. Euch. Paris. Pulm. Trem. Boill. Erasm. Gryph. Cord. Cruc. et Chouet'. lau*d*um D Put. Bas. Neap. *iustum* Caxtt. 861. 83. *libitum* Scriver. *blandum* Scaliger ('*Quod lautum est.* Inepte. Repone ex Pithoeana *Quod blandum est*', quod nos sequimur, τὸ προςηνὲς ἐνόν'.). Daum. et Arntzenius, qui confert *alea blanda* Ovid. A. I, 452. Planudes vertit: Ὧν τὸ μὲν ἀσπάζου. Erasmus: 'Excerpe quod inest boni. fuge quod adiunctum est mali. Exhilarat potatio, discutit curas. utere hac commoditate. Sed rursus ebrietas incitat ad iurgia, hoc cave. Item Venus delectat, sed habet sua iurgia: Ama igitur absque dissidiis'. *Lautae* vocantur *epulae* Stat. Silv. I, b, 32. *caena* Plin. E. IX, 17. *negotium* Cic. Att. VI, 1. *supellex* Cic. Orat. I, 36 etc. *Quod lautum est* i. e. Quod tibi convenit atque in deliciis est, id amare et mente tua conplecti potes, sed modice et sine rixis. Servetur ergo auctoritas librorum.

31. *Re*missos E. *Di*missos RHMV Leid. III. Boill. Membr. Ital. Caxtt. 861. 83. Bas. Neap. *d*imissos Turic. (i. expu. corr.) rell. *De*missos, ut et Leidd. I. II. Vet. Chart. Coll. Voss. Iidem habent *animo et tacitos.* Non codices offerunt *ac* tacitos, sed Edd. paucae, ut Aug. Vind. Trem. Pulm. Arntzenius. cum codd. recc. (M Mox. Vox. Leid. III.) animo *tacitosque* vitare memento. aliae, ut Pr. Memb. Bas. Neap. aliae denique omnem coniunctionem abiecerunt, ut Ital. Caxtt. 861. 83: animo tacit*os* vit. memento. Transpositio in 1628 et apud Daumium est, mutato accusativo *Demissos*: Demiss*o* tac*itos* an*imo* vit. memento. Scriver. tuetur *et tacitos.* Erasmus interpretatur: 'Tristes *ac* tacitos vita. Videntur enim aliquid magni mali moliri. Quemadmodum cavendum est flumen ea parte qua tranquillum est; nam illud profundissimum esse solet. Ita Caesar magis metuebat Brutum et Cassium, pallidos ac tacitos, quam Antonium ebrium'. *Quod* RYSHT (d erasum) DKMV Leidd. I. II. Turic. Flor. *quo* Leid. III. Caxtt. 861. 83. rell. *Qua* et Camp. est *tacitum* V. placidum, om. est, K. plac. est flumen

32. Cum fortuna tibi rerum tua displicet ipsi,
Alterius specta, cui sit discrimine peior.
33. Quod potes, id tempta; nam litus carpere remis
Tutius est multo, quam velum tendere in altum.

Turic. *forsitan* latet *latius* unda Pr. *alcior* unda Membr. Caxtt. 861. 83. *Quod* non est pronomen, sed coniunctio. *Qua* i. qua parte habent Daum. Scriver. Arntzen.

32. Habent quidem plurimae editiones et Daum. Scriver. et Arntzen. versum priorem distichi sic constitutum: Quum *tibi displiceat* rerum *fortuna tuarum*, sed veteres codd. mei sic legunt: *Cum fortuna tua* rerum *tibi displicet ipsi*. RYHET (*tibi* a 2. m.) Rox. Coll. Voss. Turic. Mutata sede vocum *tua* et *tibi* eximius evadit versus supra notatus et sensus: Quando (nam non ratio sed tempus notatur) fortuna tua tibi displicet, confer alterius, cui fortuna peior sit, ut discernere potes. Erasmus exponit: 'Quoties taedet te tuae sortis, confer eam cum aliorum fortuna, et videbis, te nihilo peiorem, hoc est, *infeliciorem* multis'. Cum fortuna tua rerum tibi displicet *uni* Z Ital. Cum f. t. r. displ. *ipsi tibi* V Mox. Cum fortuna *tuarum* rerum tibi displ. *uni* Ven. 91. Cum tua fortuna rerum tibi displicet *uni* Caxt. 861. Scripsi *Cui* sit discr. peior sc. fortuna. *cui sis* RYS (1. m. mut. s in t) HET Coll. Voss. Turic. *ne sis* Ven. 91. *cum* sis Z (altera pars codicis R saec. X scripta in foliis 94 et 95). *quo sis* BDKM Pr. Membr. Ital. Caxtt. 861. 83. Bas. Neap. 1658. Daum. et 'Veterr. Chart. et Membr. Voss. quo *sis* (*sit!*) Leid. III. et Edd. antiquiores omnes'. *quo sit* Planudes et Scaliger. Arntzen. (quo discrimine fortuna eius peior sit) atque, Daumio teste, Barthius sic legit. Planudes: *Βλέψον ἐς ἄλλον δυσπραγίαν, πόσον ἔπλετο χείρων*. Scaliger: *Εἴσι δ' ἐς ἄλλον πότμον ὅσῳ τεοῦ ἐστὶ Χερείων*, dicens: '*quo sis*. Planudes legit *quo sit*. Et recte. Nihil magis aerumnas levat, quam quum fortunam alterius cum nostra comparando perspicimus, *quanto deterior eorum quam nostra sit*'. Refert ergo v. *peior* ad fortunam, in quo Arntzenius eum secutus est, Erasmus autem ad *alterius*, explicans *inferior*. 'Quare, Arntzenius ait, etiam haud spernenda nobis visa est facilis Viri docti coniectura, pro *qui* refingentis *quae*:

Alterius specta, *quae sit* discrimine peior.

Hoc sensu: specta fortunam alterius, quae sit *peior* i. deterior quam tua. Vellem unus Codex vel antiquior Editio addiceret'. Scriverius voluit: *qui* sit, sed quaeritur, utrum hoc sensu *homo* possit dici *peior* i. *infelicior*. *ex*-*spe*cta E///specta Turic. cum rasura. *as*pecta Ven. 91.

33. Inde ab hoc disticho incipit fragmentum x ad saeculum X pertinens. Verba *Quod potes, id tempta* iam supra III, 14 cognovimus cum alia sententiae iunctura. *Quod praestare potes* I, 23. *tempta* RYET x BKV Pr. Ital. Caxt. 83. Leid. III. Turic.' tem$_{p}$ta H (1. m. corr.) et te///nta (rasura). te*n*pta Z. rell. *tenta* ut Daum. Scriver. Arntzen. li*tus* vett. codd. ut RYHET x V aliique. mul*tum* ZM Pr. Bas. Neap. Leid. I. 2. m. Turic. om. — Tutius ///// quam H (*est* in rasura, om. *multo*). Tutius multo *esto* Leid. II. *velum*

34. Contra hominem iustum prave contendere noli;
Semper enim Deus iniustas ulciscitur iras.
35. Ereptis opibus noli maerere dolendo,
Sed gaude potius, tibi si contingit habere.

omnes codd. *velis* Scaliger (*velo* Malscius) et Withof. p. 570: oppositio *remis* et *velis* multo concinnior redditur.' Tutius est velum *multum* quam tend. V. tendere in *alto* x.

34. *noli* cont. *prave* DM Camp Leid. III. Pr. Membr. Ital. 'Chouet. Flor. Böill. Cord. Cruc. et Palm. in marg.' *Noli contra hom. iustum* contendere prave Turic. *plane* contend. Coll. Voss., *parve* cont. (par*vae* Ven. 91) Z. *Saepe* enim Flor. *iras* i. contentiones rixas sub quibus Cannegieterus voluit intellegere *lites* hoc sensu: homini iusto iniustam litem non esse inferendam. *recte* et *prava* sibi opponuntur Terent. Phorm. V, 2, 6. Semper *etenim* deus Pr. Caxt. 83.

35. merere dolendo YB Leidd. Turic. *maerere* dol. Leid. III. rell. moerere dol. 'Vet. Chart. Veterr. Reg. Coll. et Membr. Voss. Edd. Paris. Trem. Chouet. Flor. aliaeque ut et Scriver.' Arntzen. Daumius, qui recepit *nolito flere querendo*, refert: 'Vett. Editt. Ascensius, Lentulus, et Pulmannus ad oram: *noli moerere dolendo*; qui in textu edidit: *noli gaudere merendo*'. 'Sic (Arntzen. pergit) pessime exhibent Editt. vulgatae. Nec multo melius Euchar. Pulm. Erasm. et Gryph.: *noli gaudere dolendo*. Ridicule'. *tibi si contingit* RYEZ (sic conting.) x. tibi *quum* contin*git* Daum. cum Scaligero, qui haec profitetur: *tibi quum contingit habere*] Planudes:

Χαῖρε δὲ μᾶλλον, ἐπεὶ συνέβη σοι ἔχειν ἀπολέσσαι

vel: *ὅταν συμβαίῃ σοι κτεατίζειν*). Quamquam et imperite et obscure loquitur, tamen apparet contrariam sententiam extulisse. Nam haec est mens Gnomologi: Quemadmodum gaudendum, *quoties contingit habere*, ita non moerendum, quoties desinimus habere: quod expressius apud Senecam Epist. 99: '*Danda opera erat, ut magis gauderes, quod habueris, quam moereres, quod amiseras*'. Postea: '*Quid doles amisisse, si habuisse non prodest?*' Quam sententiam Senecae melius expressisset: *tibi quod contingit habere*. Est autem figura ὕστερον πρότερον apud Gnomologum, qua et alibi non semel utitur'. Scaliger vertit: — *ὅταν νυμβαίῃ σοι κτεατίζειν. tibi si contingat* TBV Mox. Ven. 93. Membr. Voss. quod multae sequuntur Editt. Euch. Trem. Pulm. Paris. Chouet. Flor. Erasm. Gryph. Cord. et Cruc. In quibus tamen nonnullae *contingit* praeferunt'. contingit Turic. (i expu. suprascr. a). *Si tibi* contin*gat* D Ven. 91 Boill. si *te* contin*git* Veterr. Reg. et Chart. si *te* contin*gat* Camp. Rox. Vox. Pr. Ital. Caxtt. 861. 83. Leid. III. Ascens. *si* contin*gat* haber*i*, om. *tibi*, Leid. I. pocius gau*de tibi* si contin*gat* Membr. pocius tibi, om. si contin*git* M. *Noli tu flere querendo*] Si divitiae contingunt, gaude: si ereptae fuerint, noli te cruciare, sed tunc utere philosophia. Neque enim tantum boni habent, ut sit admodum dolendum, neque rursus tantum mali, ut non sint libenter accipiendae, si forte contigerint.

36. **Est iactura gravis, quae sunt, amittere damnis:**
Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum.

Constat *carmen* esse depravatum. Arbitror legendum: *noli moerere* querendo Erasmus. *Habere* Arntzenius accipit *salvere* seu *salvum et incolumen esse.* Withof. p. 570 proposuit:

Ereptis opibus *non tu te afflige querendo*;
Sed gaude potius, tibi *quum contingit* habere.

36. Maiori licentia idem Withofius ibidem usus est corrigens:

Est iactura gravis, *quaesita* amittere *quamvis*,
Sunt quaedam quae ferre decet patienter, *amara*.

'Tanto autem gravior iactura, quanto magis, quae amittuntur, propria industria quaesita fuerunt'. Sed de *quaesitis opibus* earumque usu non sermo est ut I, 24. II, 17. III, 21. IV, 16 et Hor. S. I, 1, 38 et II, 6, 92. amic*e*. quod vett. codices mei RY tuentur et 'Coll. Voss. Vet. Reg. Leid. II. paucaeque Edd. sed peioris notae', atque post Barthium Adv. CXLVIII, 10 Daumius recepit neque vocativus esse potest, quem illi accipiunt, neque cum *ferre* coniungi; nam *amice* i. facile et aequo animo ferre s. pati Latine non dicitur. conf. Bentl. ad Hor. c. III, 2, 1. hinc inprobanda Malscii coniectura *patieris amice*. Genuina lectio est amic*um* SETHZBKMV Mox. Vox. 'Leidd. I. III. Vet. Chart. Membr. Voss. et, ut videtur, Turic. Nec non Editt. antiquiores omnes'. Pr. (ferre *patienter decet* amicum) Membr. Ital. Caxtt. 861. 83. Venn. 91. 93. 1658. Arntzen. Sensus: In gravi bonorum iactura, quae facta est detrimentis sive calamitatibus, amicum decet quaedam ferre. Similiter Sturmius exponit: 'Amici causa aliquid ferendum detrimenti.' Aliter Arntzenius, qui *damnis* accipit positum pro *nimiis profusionibus ac largitionibus*, explicans: 'Gravis ac merito dolenda Patrimonii bonorumque tuorum iactura est, quam pateris stulta profusione ac largitione nimia. Habes revera, quod doleas tibique inputes. At versu altero, amicorum rationem habens, non sine iudicio subjicit: *Sunt quaedam, quae ferre decet patienter amicum,* i. quaedam sunt possessionum tuarum ac commodorum iacturae ac damna amicorum aut propinquorum causa facienda, quae te amicum patienter ferre decet'. Sed *damna* absolute dicta intellige *damna aut detrimenta* Cic. Leg. I, 16, aut *iacturas* et detrimenta rei familiaris Hirt. Alex. 49. Nam *damna* et *iacturae* non significant largitiones vel munera aut sumptus nisi additis aut praecedentibus aliis substantivis, ut Plin. Paneg. 12: accipimus obsides ergo, non emimus, nec *ingentibus damnis immensisque muneribus* paciscimur, ut vicerimus'. In Plauti loco (Trucul. V, 58): *Stultus atque insanus damnis certant, nos salvae sumus* alius est sensus. Caes. B. G. VI, 12: eosque ad se magnis *iacturis infinitisque sumptibus*. Cic. Att. VI, 1: exhaustam esse *sumptibus et iacturis* provinciam. Caes. B. C. III, 112: quae res apud milites *largitiones* auxit; magnis enim *iacturis* quisque eorum animos conciliabat. Atqui plane diversus est usus vocum *iactura* et *damnis* in nostro distiche. Omnino etiam vituperanda est altera Barthii lectio et distinctio:

37. Tempora longa tibi noli promittere vitae:
Quocumque ingrederis, sequitur mors corporis umbra.

Est iactura gravis, quae sunt amittere. *Damnis*
Sunt quaedam quae ferre decet patienter, *amicũm.*

'Ego te docebo esse quaedam, quae amissa patienter te ferre conveniat, *ipsis tuis damnis* amicũm (amicorum). Praeterea sic duo disticha truncantur, contra Catonis morem. Ad sensum huius distichi atque praecedentis conferas, quae Arntzenius adfert: 'si gravis est iactura possessa amittere, cur Disticho superiore *ereptis opibus* gaudere vult? Anne haec contraria? Mire haec torquet Badius: Quoniam, inquit, Poeta modo docuit, non esse moerendum nimis, quamvis bona nobis erepta sint; nunc ostendit, quando dolendum non est, videlicet, quando amisimus ea *sine nostra aut culpa aut negligentia.* Quando vero *cum damno nostrae famae aut virtutis* nostro vitio patimur detrimentum rerum, tum hercule molesta et gravis est iactura. Certe possessio *rerum, quae non recuperari possunt,* leniter et nos et amici nobiscum ferre debemus. Qui meliorem sensum comminisci potest, faciat'. Vt interpretatione Badius in Auctorem nostrum se intulit, sic correctione Vir Doctus apud Arntzenium:

Est iactura gravis, *qui* sunt, amittere *amicos,*
Sunt quaedam quae ferre d*o*cet patien*tia, damna.*

Scriverius edidit: — quae ferre docet patienter amic*us* Legitur *amicus*, ex sententia Withofii 1. 1. 'errore typographi, ut reor, pro amic*us*, si simul *iubet* pro *docet* adderetur, legi. Et sic aliquando placuit'. Nonnulli legerunt *sapienter* pro *patienter,* quod Planudes adgnovisse videtur, qui vertit ἃ τὸν φρονέοντα φέρειν ἐπέοιχεν. Idem vocem *damnis* neglexit, quam Scaliger reddidit per τύχαις.

37. longa *tue* (tuae) Membr. Quodcũque Caxt. 861. ingre*dere* Ital. corporis um*bram* RYSHTDKM Mox. Vox. Camp. Pr. Membr. Ital. Ven 91, 1685. Leid. III. Editt. Flor. Boill. et quaedam aliae. Cum Latine non diceretur *umbra corporis* i. imago corporis praeferenda est lectio corporis umbra n EZV et in ceteris libris atque in 'septem codd. Arntzenii Editt. Aug. Vind. Euch. Scriver'. Arntzen. (mors, corporis umbra). Sensus: mors te sequitur *tamquan* umbra corporis tui. *Vmbra corporis* ergo non adpositio est, ut Arntzen. opinatur, qui dicit: 'sed eleganter *mors* hic dicitur *corporis umbra,* quia post mortem praeter umbram nihil sit reliquum'. Minime, sed quia ubique comes est corporis. At quantum differt mors comes s. umbra corporis ab umbris in Vergilii Aeneidos Libro sexto v. 404, 510 etc. Hinc etiam simplici origine orta est tertia lectio *corpus ut umbra,* quae in nullo quidem Cod. MS. obvia, tamen vero recepta a Planude (Ὡς σκιὰ σώματι γὰρ μόρος ἕσπεται) Scaligero (Σώματι γὰρ σκιὰ ὡς, ἕπεται μόρος) Daumio ('etiam Frisius, Corderius, Lentulus et Pulm. ad oram suae Editionis sic legerunt') auctoritatem quandam nacta est. Est quidem particula *ut* sententiae satis conveniens, sed glossae quasi munere fungitur, nihil amplius.

38. Ture deum placa: vitulum sine crescat aratro:
Ne credas gaudere Deum, dum caede litatur.

38. *Ture* RYEH Ven. 91. *Th*ure recentiores, ut DKV etc. Arntzen: omnes Codicum Collationes atque Editiones per adspirationem scribunt *th*ure'. nihilo minus ipse recepit *Ture*, a tundendo, non a verbo θύειν nomine deducto, et addidit: 'recte prior manus adspirationem omisit in Cod. Turic.' vitul*us* Withof. p. 571 et sola Ed. Paris. Sed vitul*um* hellenismus et elegans locutio. v. Sanctii Min. IV, 12 et Badium ad h. l. 'Graeci saepe priori verbo iungunt, quod posterioris est, ut *scis me quid velim* pro: scis, quid ego velim.'. *Ne credas gaudere deum* SEZ x Rox. Leid II. Coll. Voss. Vet. Reg. in Editiones transiit. conf. Hor. C. IV, 14, 51: *caede gaudentes Sygambri.* Conferas Withofii propositionem p. 570:

Ture deum placa: *vitulus* sine crescat aratro;
Laetari nec crede Deum, *quum* caede litatur.

Daum. et Scriverius fecerunt *placari* ne crede Deum, quum etc. ex '*Ne* cred*as* plac*are* deum. *dum* RTFKV Camp. (YH *cum*) Caxt. 83. Ven. 91. 1658. Withofio inficeta hic est iteratio vocis *placare* s. *placari*, quam potius inter delicias Auctoris nostri reponendam censet Arntzenius atque 'contra sensum exhiberi dicit *Ne credas placare Deum*, nisi durissime τὸ *placare* παθητικῶς sumatur'. Nec credas *placare* deum *con*cede Z. *Nec cedas placare* deum *ꝯ*ceda (sic) liq̄tur (sic) D. *lict*atur Pr. *ꝯ*cede B. cum *dit*atur Leidd. I. II. *Nec* habent etiam Caxt. 861. Ven. 93. Paris. Cord. Cruc. et Pulm. in margine'. *Dum* Edd. Membr. 'Fris. Cord. Lentuli et Pulm. teste Daumio et 'undecim Edd.' apud Arntzen. *Cum* Turic. et rell. Ne *cures* placare deum M. *Non* credas placare deum Pr. Ne credas plac*ere* deum (non *deo*) Turic. in rasura. Membr. Trem. *Tute* i. tu ipse pro *Ture* male correxit Boxhornius p. 359, qui probare temptavit, 'aut omnino Christianum, aut, si cui ad nimium videatur, semichristianum fuisse horum Distichorum conditorem', concedens tamen ibidem, 'Pythagoram etiam eiusque sectatores improbasse caedes victimarum'. Sed conf. IV, 14: Cum sis ipse nocens, *moritur cur victima* pro te? Vbi Erasmus: 'Veteres credebant expiari scelus commissum, mactata pecude, quae nihil commiserat, et pro alieno peccato innocens dabat poenas, cum is, qui peccavit, potius mactari debuerit, quam victima. Stulte autem sperabant, alienam mortem sibi saluti fore, cum suaquemque mala de suo dependere oporteat'. Ceterum lege Cannegieteri cap. XV, qui p. 425 Boxhornium redarguit, dicens tute i. tu ipse lectionem non solum nullo Codice vetusto probari, sed et menti Auctoris adversari. Idem doctissime de *ture* disseruit cap. XVI, contra Boxhornium docens, thymiamata ex ture in vetere Ecclesia nulla fuisse, atque apud veteres Christianos turis honorem in rebus privatis aliquem fuisse, in Sacris nullum; denique lectio versus nostri vindicatur et inlustratur. Duo hic sacrificia ait opponi, turis et vituli: illud laudatur, hoc reprobatur. Adfert locos Horatii C. I, 36: Et ture et fidibus iuvat *Placare*. C. III, 23, 3: Si *ture placaris*. et Ovid. F. I, 507: *Tura ferant*. Martial. X, 92, 13: *ture placabis* etc. 'Hoc prae-

39. Cede locum laesus Fortunae, cede potenti:
Laedere qui potuit, prodesse aliquando valebit.
40. Cum quid peccaris, castiga te ipse subinde:
Vulnera dum sanas, dolor est medicina doloris.
41. Damnaris numquam post longum tempus amicum:
Mutavit mores, sed pignora prima memento.
42. Gratior officiis, quo sis mage carior, esto,
Ne nomen subeas, quod dicunt officiperdi.

cipit filio, ne existimet, *se aut vitulum* ('ad utrumque enim referri potest') placare Deum, et iram divinam mitigare, si ipse aut vitulus caede litarit, id est, bona omina impetravit'. *cede* pro *caede* in nonnullis codd. et edd. legitur, ut *caede* pro cede in disticho sequente.

39. Caede H, ut *cede* in antecedente disticho. *Cesus*: fortunae Ven. 91. sic distinxit Planudes vertens: *Δὸς τόπον ἠνορέῃφι τύχης, καὶ ὕπειχε κακωθεῖς.* Quibuscum conferas emendationem a Withofio p. 571 propositam:

Cede locum lesus: fortunae cede poten*tis;*
*Ce*dere qui potuit, *fortasse* aliquando valebit.

'Sensus paulisper alius longeque hic opportunior est: Cede, inquit, *fortunae hominis potentis;* nam qui cedere potuit, *is* fortasse aliquando vicissim valebit, et potens erit.' lae*sis* Membr. Voss. *laesus vel laesis* Mox. *caedc* potenti R. cede potente Turic. (e expu.). Laedere qui poter*it*. ET x (*Rae*dere) Rox. poterit (1. m. suprascr. po*tuit*) HR (po//////// rasura. 1. m. corr). potuit poterit, om. aliquando S. *Potentes* hic sunt Arntzenio, qui gratia et auctoritate in urbe valent. Phaedr. II, 3, 1. Flor. IV, 2, 9. Nep. Pausan, 3. aliquando prodesse BDMV Membr. Ital. Caxtt. 861. 83. fors*an* prodesse aliquando E. po*tuit* quan*doque* prodesse Pr. Ledere qui po*tuit* po*terit* prodesse aliquando Leidd. I. II. Laedere qui pote*rit*, prodesse aliquando (om. valebit) Z· Laedere qu*ae* po*tuit* (sc. Fortuna) Planudes legit, vertens: *Ἥ γε γὰρ ἔσχε λυμῆναι..* Laedere *quod* pote*rit*, prodesse aliquando Leidd. I. II. Laedere qui pote*rit*, prodesse aliquando valebit Rox. Coll. Voss. et Vet. Reg. Laedere qui po*tuit* Turic. et rell. *Ce*dere qui potuit Mylius et Withof. l. l.

40. *te ipsum* Pr. *subinde* 'hic est deinde, paulo po*st*, mox' Arntzen. conf. Hor. E. I, 8, 15 et Duker. ad Flor. II, 10, 3. dolor*em* Leid. II. pro dolor ē.

41. Damna*bis* Pr. Membr. et Leid. I. Mutavit mores? Barthius distinxit. Withof. p. 572 voluit: Mu*tat ubi* mores. muta*bit* Ven. 93. Cic. Am. 21: — *si*n autem aut *morum* aut studiorum *conmutatio* quaedam. prim. om. 1. m. Leid. I. pugnera Caxt' 861. 'Inter pignera et pignora quomodo distinguant Grammatici, docet Agroetius de Orthogr. p. 269; sed doctos hanc spernere distinctionem docuit Drakenb. ad Liv. III, 38, IX, 15, 7.' Arntzen.

42. Gratior offic*io* Camp. 'Vt sis charus omnibus, esto gratus (officiis), id est, beneficiis et bene meritis; invisum enim apud omnes est nomen offici-

43. Suspectus, caveas, ne sis miser omnibus horis;
Nam timidis et suspectis aptissima mors est.
44. Cum servos fueris proprios mercatus in usus,
Et famulos dicas, homines tamen esse memento.

perdae; sic enim vocant eum, in quem collatum officium perditur. Nihil tam perit, atque id, quod confertur in ingratum'. Erasmus. Gratior officiis quo sis, *pete rarius ista*. Ne — *quod dicitur Officiperdae* voluit Withof. p. 572. *cum* sis mage Vox. *Nec* nomen V. ma//e gratior (rasura. corr. *carior* 1. m.) H. quod *dicunt* officiper*di* RSEH x T (*quo* dicunt) Ven. 91. 'Leidd. I. II. Coll. Voss. Membr. Voss. Vet. Reg. et Turic'. offic*ii* per*di* DPr. Ven. 91 (offic*i*perdi Ven. 93). quod di*citur* offici per*di* K Put. Leid. III. Vet. Chart. quod di*citur* officiper*da* Erasm. Gryph. Cord. et Cruc. una tamen et altera officiperd*i*'. quod *dicitur* officiper*dae* Scriver. quod *dicitur* officiper*di* Daum. Arntzen. conf. Glossarium Du Cangii. Arntzenius errat dicens: 'Cum autem dicit noster: *Ne nomen subeas q. d. officiperdi*, indicare videtur, *τὸ* officiper*di* nomen rarius esse (quam officiper*dae*); officiper*di* enim non ideo Cato dixit, quod haec forma rarior esset, quam officiper*dae*, sed solummodo ut nomen ingrati vulgare diceret; conf. Petr. Blesensis Epist. XXV:

Non genus hoc hominum, *quod dicitur officiperdi*.

43. Withof. q. 573 rectius versum priorem sic legere sibi visus est: Suspectus *cave sis*, *qualis timet* omnibus horis, proprie sumens *suspectus*, quam vocem alii accipiunt *suspicax*, *suspiciosus*, *suspicans*. Lectio *caveris* EH. Leid. II. et Coll. Voss. tamquam error scribarum (in Turic. rasura est) illi coniecturae maxime idonea videri potest. Rell. ca*veas*. Quod equidem servaverim, mutaturus tamen *ne*, quod omnes libri tuentur, in *nec*, quo efficitur, ut v. *suspectus* in utroque versu proprie accipi possit. omnibus o*ris* Turic. Ven. 91. a*b*tissima Turic. *ros* est Rox.

44. Cum *servos* fueris RSH x T (ser*vus*) BDFKV Rox. Vox. Pr. Caxtt. 861. 83. Put. Cum *servos proprios* fueris E. Cum *fueris proprios famulos* Turic. (sed post *Cum* omnia in rasura). Cum *fueris servos* M Mox. Membr. Ital. 1658. Boill. Erasm. Gryph. et, Daumio teste, Erasmus. Col. Lips. Pulm. Lentul. Ascens. et Hier. Paduan. III, 4, 9. Cum fueris ser*vus* mercatus proprios in usus Ven. 91. *Cum' servos fueris* unanimi consensu praeferunt Codices et typis exarati antiquiores omnes'. Cum *famulos* fueris Z. Et *servos* dicas Z. *Hos famulos* dicas M. Pr. Membr. Brantus. *Vt famulos dicas* E. *Et famulos dicas* RHTSBDGK Ven. 91. Put. Planudes (*Σφᾶς τε χαλεῖς δούλους*). etc. rell. *Vt servos* dicas. Scriver et Scaliger. Videbant enim gravius esse, *servum* dicere quam famulum' '*Vt* pro *quamvis* Ovid. E. III, 4, 79: Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas'. Wachius. Sed *servi* erant et dicebantur *famuli*, et famuli erant servi aut hominis cuiusdam aut dei. Festus: Famuli origo ab Oscis dependet, apud quos ser*vus famel* nominabatur, unde et *familia* vocata'. Ergo non opus est, contra Codicum

45. Quam primum rapienda tibi est occasio prima,
Ne rursus quaeras, quae iam neglexeris ante.
46. Morte repentina noli gaudere malorum:
Felices obeunt, quorum sine crimine vita est.

auctoritatem haec nomina transponere. mercatus *ad* usum Pr. *homines.* Menander: *Κἂν δοῦλος ᾖ τις οὐδὲν ἧττον δέσποτα, Ἄνθρωπος οὗτός ἐστι.* et: *σάρκα τὴν αὐτὴν ἔχει.* Seneca E. 47: Servi sunt. imo homines. *Iuv.* S. S. VI, 222: O demens, ita servus homo est? Flor. III, 20, 1 servos *secundum hominum genus* adpellat. Conf. Barth. ad Silv. Papinii VI, 14 et ad Claudian. IV átque Adv. LI, 12. CXLIV, 48. adi Daum. et Arntzen.

45. 'Occasio, quam ante dixit frontem habere capillatam, statim est arripienda: ne, si se subduxerit, frustra quaeras postea, quae prius contempseras'. Erasmus. *Quum* primum Vet. Reg. *capienda* Caxt. 83. sed conf. Hor. Epod. XIII, 3: — *rapiamus* amici Occasionem de die. Symmach. I, 7: *Occasionem rapere* prudentia est. *est rap.* tibi occ. prima B. tibi occ. prima est Leid. III. tibi *sit* occ. prima B. quae *tu* negl. Pr. neglexeris *ipse* Camp. Mox. Membr. Voss. *rursus* i. e. contra, vicissim, ut IV, 7. *Quamprimum* voce coniuncta Edd. Paris. Chouet., Scriver.

46. *Forte* repent. x. rell. omnes *Morte* rep. 'Nihil hic mutant Codd. scripti vel editi. Attamen vix dubito, quin pro *malorum* scribendum sit hoc loco *tuorum.* Puto, mutarunt hoc, qui nesciebant, mortem repentinam atque inopinatam in voto fuisse mortalibus nonnullis priscis. Vide quos citat Pitisc. Plinium nempe et Plutarchum ad Sueton. Iul. Caesar cap. LXXXVII: *Et pridie quam occideretur, in sermone natum super caenam apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitae commodissimus, repentinum inopinatumque praetulerat.* Talem obitum Graeca voce dicebant *εὐθανασίαν.* Arntzen. 'Si mali subito moriantur, dolendum magis est, quam gaudendum. Gaudentur dum potius in morte bonorum, quorum mors felix est. Vel sic ut vertit Planudes, tametsi malus auctor. Si videris malos subito tolli. noli gaudere· Contingit idem bonis viris et innocentibus. Vt intelligas, hoc casu accidere, non vindicta Numinis' Erasmus. *Felices* omnes Codices tuentur, Planudes: *Ὅττι καὶ ἐσθλοὶ θνήσκουσ'* etc. Scaliger: *Εὐτυχέες θνήσκουσ'* etc. Arntzenius ita mutationem et totius distichi sensum exponit: 'Hoc ergo nobis videtur praecipere Gnomologus: Gaude *non tam tuos* morte repentina, id est, optata exstinctos, *quam quod sine crimine vixerint.*' Vlcus latere in v. *Felices* Withof. p. 573 sic emendandum censuit unice: *Sic plures* obeunt etc. 'Vide enim, inquit, ineptissimam argumentandi rationem: Noli gaudere morte repentina malorum. Cur? Nempe illi obeunt felices, quorum vita est sine crimine. Quaeso, quid hoc ad malos et mortem repentinam eorum facit, tum quare subito talium excessu non sit gaudendum. Sensus emergit egregius lucidusque: Noli gaudere, inquit, malorum celeri morte, quasi nempe haec illis in poenam singularem contigerit: nam plures obeunt non dissimili fato, quorum tamen vita sine crimine fuit'. Alio modo, refert Arntzen, genuinam lectionem restituere conatus est Corn. Val. Hugo Vonck,

47. Cum coniunx tibi sit, ne res et fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

qui in Specimine Critico cap. XXVII ita nos legere iubet: *Et tales* obeunt etc., hac quidem sententia: non est gaudendum morte repentina pravorum hominum, quod *et tales*, qui recte vitam instituunt, quotidie mori videamus'. Alii alias excogitabant coniecturas, ut: Felices *cum* ob*eant* etc. *Vel sic namque obeunt* aliasque id genus, quas Catoni obtrudere, invitis Codicibus, facile est nogotium. *crimine vita* (man. 2. glossatoris suprapo. *est*) T. *ast* om. Leid. II, Vet. Reg. Caxt. 861.

47. *Cum coniunx tibi sit* RHTK Ven. 91. Ital. Caxt. 83. coniunx etiam Pr. Boill. Cruc. conf. I, 8. Cum con*iux* tibi sit EZ x BDV Camp. Leidd. I. II. III. Turic. rell. *cum tibi sit coniux* et Coll. Voss. Veterr. Reg. Vet. Chart. et Aug. Vind. Euch. Trem. Pulm. Chouet. Flor. Boill. Erasm. Gryph. Cord. et Cruc.' Hi libri omnes habent *nec* res *et* famà labor*et* (Turic. nec c expu.). *nec* res BDKV Bas. Neap. Venn. 91. 93. *nec* res *et* fama labor*at* Caxt. 83. *nec* res *nec* f. labor*at* Pr. *nec* res *sed* f. labor*at* Ital. *nec opus et* f. labor*et* Mox. Membr. Voss. conf. I, 28. *ne* res *et* f. l. EZS (ne///// rasura) et rell. Cum tibi sit con*iux*, *ne res et* fama lob*oret* etiam Daum. Scriver. et Arntzen. receperunt. Audiamus de hac lectione Withofium p. 573: Absurda sententia in priore versu est. Quid? an, qui maritus est, eam solam ob causam omnes aliorum amicitias vitare debet? an qui uxorem ducit eius res familiaris ideo statim laborabit, si aliquem habeat amicum? Miserrima sane condicio haec fòret. Miror, summum Scaligerum hanc lectionem ex Pithoeana Editione recepisse, quae tamen sanas interpretationes non admittit. In veteri Codice, sicut Daumius testatur, erat *nec res et fama.* Idem in antiqua Antverpiensi invenio. Et sane τὸ *nec* genuinum est, et nihil nisi levicula adhuc menda restat. Corrige sine ullo scrupulo:

Quum tibi sit coniux, *nec res*; ne fama laboret,
Vitandum ducas inimicum nomen amici.

Quum inquit, tibi uxor sit, sed res familiaris angusta, vitandum erit nomen amici, quod famae noxium videtur. Cum enim inops existas et pauper, qualis ubique jacere solet, omnes existimabunt appeti hanc familiaritatem non tui ipsius, sed coniugis causa'. Scaliger: 'Et hic quoque duarum vocularum *nec* et *ne* lectio diversam sententiam in editionibus peperit. Pithoeana habet *ne* quam sequimur. Si tibi sit res, et uxor, cavendum ne quis nomine tenus amicus nimium familiaris, cum uxore tua consuetudinem non honestam habeat, unde tua fama laboret: et praeterea mulier in moechum bona tua congerat, unde res familiaris tua laboret. Ita *nomen amici* erit amici ipse, ut *nomen agelli* Val. Catoni *agellus.* Amicus inimicus φίλος ἄφιλος. Si retines *nec*, haec erit sententia: si felix es et a coniugio et a re familiari, fuge esse fictus amicus, ut verbo tenus, non etiam re amicis prodesse velis, quum integris rebus tuis non possis illis opem in re crepera navare. Tunc ita verterim:

48. Cum tibi contigerit studio cognoscere multa,
Fac discas multa et vita nescire doceri.

Ἣν γαμετὴν οἰκουρὸν ἔχῃς, τὰ δὲ χρήματα σῷα.
Καὶ σῶον κλέος ᾖ, ἀφίλου φίλου ὄνομα φεῦγε,

tamquam dicere velit: non debet fictus esse amicus ille, cui omnes partes felicitatis constant, a matrimonio, a fama, a re familiari. Nihil enim excusat, quin opem amicis ferat'. Erasmus: Si pauper habueris uxorem, quae laboret fama, hoc est, de qua homines male loquantur, (ducas id est), existimes, nomen amici vitandum esse, utpote inimicum famae tuae. Videberis enim prostituere uxorem hoc praetextu. Et hoc nomine divites pauperum uxores captant. Ita propemodum Planudes; tametsi potest et alius esse sensus, nimirum hic: Si tibi sit uxor re satis lauta famaque secunda, nolite dare in familiaritatem potentum: ne quid labis uxori tibique contrahas'. Planudes:

Πτωχός ἐὼν καὶ ἔχων κάλλει περίπυσον ἄκοιτιν·
Πλαττόμενον φιλίην κακὸν ἐχθρὸν πάγχυ φυλάσσου.

amici notavi ex RSHETZBDFKV Bas. Neap. Venn. 91. 93. 'Pro am*ici* Scriver. amic*ae* edidit, forte ex coniectura Freheri' Arntzen., 'ex libro antiquo, quo ipsum usum esse suspicatur' Cannegieterus p. 445, qui capp. XX. XXI et XXII de hoc Disticho, *amica* s. *amiga*, de *concubina*, de concubinatu maritorum atque de antiquis legibus Imperatorum docta prolixitate disputat. *inimici nomen amici* Leid. II. Coll. Voss. et Vet. Reg. In Z vox *nomen* erasa est: inimicū n///////// amici.

48. conti*n*gerit cum rasura T. conti*n*gerit SV Ven. 91. continger*et* D. conting*at* 1658. *ac* disa////// (sin rasura) Pr. Fac di////cas S (rasura. Hinc Quidam liberius temtavit: Fac *dicas multis*, vita*ns* nescire doc*ere*. Quocum conferas supra IV, 23. Fac dis*cat* RHEZ (dis*tat*). *Fac sapias animo* vita nescire doceri B. rell. Fac discas multa vita, om. *et*, RSHETZBKM Pr. etc. uita *nescire doceri* RHZ x BV Digb. Ital. Caxtt. 861. 83. vita *nescire docere* T et S (1. m. mut. i in e). vita *non velle doceri* Camp. rell. *vita nil velle doceri* (Scriver. et Daum.). Withof. p. 574: Fac disc*ens* vi*tes ultra* nil velle doceri. F et Pr.: multa vita *nil velle doceri*. *nil discere velle* M. Adiungo ea quae de lectionibus huius versus refert Arntzenius, qui brevem syllabam in v. multa (conf. I, 7 lenis etc.) pro longa accipiens legit: Fac discas *multa, vita nescire docere*. Sunt autem haec: *Fac discas multa, et vita nil velle doceri*. Vett. Edd. Lips. et Col. *Vita nescire doceri*, pulchre, iudicio Barthii. Ascens. Fris. Cord. Lentul. et Pulm. *Vites nil velle doceri*. Daumius. Sic vulgati. Quibus adstipulatur Pulm. Ed. in margine. Peius Ed. Cruc. F. d. m. *et vites nil velle doceri*. Nec melius Tremon. *Fac multa ut discas, vites nescire doceri*. Ab hac paululum abit Paris. *Fac plura ut discas, vites nescire doceri*. Et omisso τῳ et: *Fac discas multa, vites nescire doceri*. Erasm. Gryph. et Cord. Tum *Fac* discas *multa*, vites nescire doceri. Boill. Cord. Chouet. Euchar. et Pulm. in textu. In quibus

INDEX VERBORUM.

A.

B.

E.

F.

O.

P.

Q.

R.

Addenda quaedant atque Errata.

De versionibus nolui verba facere; ne meam quidem commemoravi, quam 1838 apud Arnoldum Dresdae p. 237—260 publicavi. Item tacui de 'Novo illo Catone', qui etiam in pluribus meorum codicum (conf. p. IX et X) occurrit, quemque Zarnckius Lipsiensis e cod. Ms. Viennensi nuper multa cum cura edidit.

Errata.

pag.	III	vers.	14	legas	vid*e*tur (vid*i*tur),
„	VIII	„	25	„	e. c. (e*t*c.),
„	XVII	„	35	„	exemp*l*um (exemp*t*um),
„	XXI	„	33	„	*B*iblioth. (*L*iblioth.),
„	XXIV	„	7	„	m*e*ns (mons),
„	XXVI	„	33	„	Jo*s*. (Jo*h*.),
„	XXVIII	„	10	„	*i*uxta (*s*uxta),
„	XXIX	„	23	„	in pretio (in: pretio),
„	XXX	„	29	„	prae*s*ul (prae*f*ul),
„	XXXIV	„	13	„	acquies*c*ere (acquies*s*ere),
„	XXXVI	„	37	„	p*o*ssum (pōssum),
„	2	„	20	„	a*t*qui (a*l*qui),
„	59	„	10	„	Boill. (Bōill.) — P*u*ll. (P*a*ll.),
„	66	„	9	„	*e*st om. (āst om.),
„	67	„	14	„	noli te (nolite),
„	„	„	26	„	s in (sin),
„	„	„	42	„	τῷ (τῳ),
„	74 b	„	41	„	ma*g*nus (manus).

BEROLINI
APVD S. CALVARY EIVSQVE SOCIVM (G. H. SIMON)

TYPIS DRAEGERIANIS (C. FEICHTII)



